COPIAS DE TODAS LAS BVLAS PONTIFICIAS, Y ESCRITVRAS PVBLICAS, Y AVTENTICAS, CITADAS EN ESTE, Y EN EL OTRO MI ANTECEDENTE PAPEL.

COPIA DE LA ESCRITVRA AVTENTIca, en q̃ por Bernardo Prior de los Canonigos Reglares del Santo Sepulcro de Ieruſalem, y Viſitador en Aragon, ſe expreſſa, y declara la juriſdiccion que tiene el Prior del Santo Sepulcro de Calatayud, ſobre el Convento de las Monjas del Santo Sepulcro de Zaragoça.

CVM plantare, & plantatam Sacram Religionem fouere modis omnibus debeamus. Id autem melius fieri nequeat quam ſi nutrire, quæ recta ſunt commiſſa nobis auctoritate curemus. Id circo vniuerſis præſentes litteras inſpecturis liquido pateſiat. Quod nos BERNARDVS Dei gratia Prior Sepulchri Dominici Hieroſolymitan. Eccleſiæ, ad partes Aragonum cauſa viſitationis aduenientes præſentibus venerabilibus Canonicis Hieroſolymitan. P. de Laceria. Ferrando Priore Aragon. Petro de Barbaſtro, Priore Caſtellç. INVENIMVS in Ciuitate Regali Cæſarauguſtæ novum locum Sororum, ſeu Fratriſſarũ Religionis noſtræ per Nobilem, atque Religioſiſsimã Domnam MARQVESIAM DE RADA, vxorem quondã Nobilis Domni P. Ferdinandi Domini de Yxar. DE ASSENSV PRIORIS ARAGON. noſtri Ordinis ad honorem glorioſiſsimi Sepulchri Dominici inſtitutum. Cum verò prædictus locus Religioſſus atq, Domnarum, ſeu Sororum ibidem Domino famulantium per deceſſum Venerabilis Religioſſæ Domnæ Marqueſiæ prædictæ, quæ prædicto loco, & Congregationi digne, & laudabiliter præfuerat, gubernatrice, & prælatice careret; prædictæ Sanctæ Congregationis Domnæ, & Sorores nobis, & ſupradictis Canonicis humiliter ſupplicarunt: quatenus de earum Collegio prouidere dignaremur, quæ poſſet, & ſciret eis vtiliter præeſſe, ne earum Collegium acephalum remaneret, &

El Convento de las Mõjas del Santo Sepulcro Ieroſolimitano de Zaragoça, fue fundado por la Nobiliſsima ſeñora Doña Marqueſa de Rada, con conſentimiento del Prior de Calatayud, llamado entonces Prior de Aragon. Deſpues de la muerte de la dicha Nobiliſsima ſeñora Doña Marqueſa de Rada, fue electa ſu her-

carum Eccleſia per diuturnam vacationem, tam in ſpiritualibus, quam etiam temporalibus læſionem, & damnum pateretur. Cupientes igitur earum pijs ſupplicationibus fauere, ac in demnitati nouellæ plantationis prouidere, requiſitis prædictarum Sororum ſingularum vocibus, tam ſingulariter, quam vniuerſaliter voluerunt, & petierunt Nobilem Domnam THERESIAM Sororẽ earũ eiſdem præferri, ac Prioriſſæ nomine, tam ipſa, quã ſibi Succedentes vocari, & huius nominis Dignitatẽ perpetuo congaudere. Nos verò earũ habito conſenſu ad proſperum ſtatum eiuſdem Monaſterij, ſeu Eccleſiæ intendentes. Conſiderantes etiam, quod per eiuſdem Sororis Domnæ Thereſiæ circunſpectionẽ prouidam, & prouidentiam circumſpectam, Eccleſia, & Monaſterium ipſum, tam ſpiritualibus, quam in temporalibus, auctore Domino laudabiliter proficere poterit incrementis, prædictam Sororem Domnam Thereſiam eidem Eccleſiæ, & Monaſterio præfecimus in Prioriſſam per anulli impoſitionem, de prædicto Prioratu inueſtientes, & in corporalẽ poſſeſsionem inducẽtes. HOC ETIAM ADIECTO: QVOD PRIOR ARAGON. NOSTRI ORDINIS, QVI EST, ET QVI PRO TEMPORE FVERIT. HABEAT VISITATIONEM, ET CORRECTIONEM, TAM IN CAPITE, QVAM IN MEMBRIS. VIDELICET FRATRIBVS, PRIORISSA, ET SORORIBVS MONASTERII SVPRADICTI. Acta ſunt hæc apud Cæſarauguſtam in Monaſterio ſupradicto; præſentibus, & conſentientibus Canonicis ſupradictis. Vrraca Lupij. Tota eximini, & Thereſia del Vayo Sororibus Monaſterij ſupradicti, & prædictam electionem confirmantibus, videlicet, tertio Idus Maij, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto. Præſentibus teſtibus Domnis Petro Cañyart, Nicolao de Epila vicinis Cæſarauguſtæ, Sanctio Gallicia vicino Calatayubij, Garſia Lupij de Livieire habitatore in Sancto Petro de Calanda, ad hoc vocatis ſpecialiter, & rogatis. Et vt præſens electio, ſeu confirmatio, maiorem obtineat firmitatem. Nos dictus Prior Sigillum noſtrum pendens eidem apponi fecimus in teſtimonium omnium prædictorum.

mana Doña Tereſa por Cabeça, y Superiora de dicho Convento, a la qual, y a todas ſus Succeſſoras, diò titulo de Priora Bernardo Prior del Santo Sepulcro de Ieruſalem Viſitador en Aragon.

El dicho Prior, y Viſitador Bernardo, cõfirmò à la dicha Priora, y la puſo en poſſeſsion del Oficio, per anulli impoſitionem.

El dicho Prior, y Viſitador, puſo al dicho Convento debaxo de la juriſdicció del Prior de Calatavud, de modo que la juriſdiccion la tuuieſſe aſsi el Prior, qẽo concesera como todos ſus Succeſſores in perpetuũ, tam in Capite, quam in Membris, es à ſaber, aſsi ſobre la Priora, como ſobre todas las demas Monjas.

BVLA DE EXEMPCION DE LOS ORdinarios, concedida a toda la Religion del Santo Sepulcro de Ieruſalem, por el Papa Urbano IV. y renovada por el Papa Eugenio IV. à peticion, è inſtancia del Prior, y Canonigos del Santo Sepulcro de Calatayud.

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Priori, & Fratribus domus Sepulcrhi Dominici Hieroſolymitan. de Calataiubio, Ordinis Sãcti Auguſtini, Tiraſonen. Diœceſ. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sincerę deuotionis affectus, quem ad nos, & Roman. geritis Eccleſiam promeretur, vt petionibus veſtris quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter annuamus. Sanè pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum: vt litteras fęlicis recordationis Vrbani Papę IIII. prædeceſſoris noſtri, Ordini veſtro conceſſas, quas in Can-

Digitized by Google

Cancellaria noſtra diligenter inſpici, quarumq; tenores de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, cum incipiant vetuſtate conſummi innouare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Quarum quidem litterarum tenor talis eſt. VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: Dilectis filijs Hugoni Priori, & Capitulo Eccleſię Sepulchri Dominici Hieroſolymitan. Ordinis Sancti Auguſtini; ſalutem, & Apoſtolicā benedictionem. Honeſtatis debito ſuadente, venerabilem, ſanctamq; Hieroſolymitan. Eccleſiam, de cuius regimine ad Apoſtolicæ dignitatis apicem diuinæ miſerationis prouidentia nos vocauit, ex intimo diligentes, & conſiderantes, quod diuina maieſtas Eccleſiam ipſam ſpeciali corruſcare priuilegio ſanctitatis, & ſingularibus cœleſtis gratiæ donis reddere voluit inſignitam conueniens reputamus, vt non ſolum ipſam, ſed, & eius membra ipſius intuitu congruis proſequamur fauoribus, & condignis honoribus efferamus. Hinc eſt, quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vniuerſos Prioratus, Eccleſias, Domos, Præpoſituras, & omnia loca eidem ſubiecta Eccleſiæ ad vos ſpectantia, tam in Tranſmarinis, quam Ciſmarinis partibus conſtituta, & perſonas ipſorum ab omni iuriſdictione, ſubiectione, ac dominio Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, Archidiaconorum, & quorumlibet aliorum Ordinariorum, & Eccleſiarum ipſorum penitus, auctoritate præſentium de gratia eximimus ſpeciali. ITA QVOD PRIORATVS, DOMVS ECCLESIÆ, PRÆPOSITVRÆ, AC LOCA PRÆDICTA CVM PERSONIS IPSORVM ROMAN. DVMTAXAT PONTIFICI, ET PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITAN. QVI FVERIT PRO TEMPORE, AC ETIAM VOBIS PER OMNIA SINT SVBIECTA, & quod Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Archidiaconi, & Ordinarij prædicti cenſuram Eccleſiaſticam, ſeu iuriſdictionem aliquam in Prioratibus, Eccleſijs, Domibus, Præpoſituris, Locis, & perſonis prædictis nequeant exercere. Cęterum excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias; ſi quas contra huiuſmodi Exemptionis tenorem, poſtquam huiuſmodi exemptio ad Prælatorum, & Ordinariorum notitiam peruenerint promulgari contigerit decernimus irritas & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę exemptionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. apud vrbem veterem. Kal. Iunij, Pontificatus noſtri ſecundo anno. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati eaſdē litteras auctoritate Apoſtolica innouamus, & prę ſentis ſcripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum ius de nouo vobis acquiri volumus, ſed antiquum tantummodo conſeruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę Innouationis, communitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prę ſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romę apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo triceſimo primo, viij. Id. Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

La renouacion deſta Bula, ſe concediò à peticion, è inſtancia del Prior, y Canonigos del Santo Sepulcro de Calatayud.

Toda la Religiō del Santo Sepulcro de Ieruſalem ſe ſujeta inmediatamente al Sumo Pontifice, y al Patriarca de Ieruſalem y al Prior, y Capitulo de la Santa Igleſia de Ieruſalem.

Regiſt. gratis.
G. de Vrbino. *vj.*

BVLA

BVLA DEL PAPA EVGENIO IV. EN que ſe confirma de nuevo la exempcion concedida por el Papa Vrbano IV. à toda la Religion del Santo Sepulcro de Ieruſalem, y en que ſe contiene la clauſula controvertida. Volumus autem quod Prioratus, &c.

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeuorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam; In ſupremo dignitatis Apoſtolicæ ſpeculo licet immeriti ſuperna diſpoſitione conſtituti ad vniuerſas orbis Eccleſias, tanquam vniuerſalis Dominici gregis Paſtor, aciem noſtræ conſiderationis extẽdimus, ſed tanto accuratius Eccleſiam Hieroſolymitan. fauoribus, & gratijs Apoſtolicis communire nos conuenit, quanto diuina nouit Maieſtas eam ſpeciali fulgere priuilegio ſanctitatis, & ſingularibus reddere cœleſtis gratiæ donis inſignitam. Dudum ſiquidem fœlicis recordationis Vrbanus Papa IIII. prædeceſſor noſter, volens, nõ ſolũ Eccleſiã prædictã, de cuius regimine ad eiuſdẽ dignitatis apicẽ vocatus fuerat, ſed ipſius intuitu eius Mẽbra congruis honoribus, proſequi, & honoribus condignis efferre dilectorũ filiorum Prioris, & Capituli Eccleſiæ Sepulchri Dominici Hieroſolymitan. Ordinis Sancti Auguſtini ſupplicationibus inclinatus; Vniuerſos Prioratus, Eccleſias, Domus, ac Præpoſituras, & omnia loca prædictæ ſubiecta Eccleſiæ ad eos ſpectantia, tam in tranſmarinis, quam ciſmarinis partibus conſtituta, necnon perſonas ipſorum, ab omni iuriſdictione, ſubiectione, & dominio Archiepiſcoporũ, Epiſcoporum, Archidiaconorum, & quorumlibet aliorum Ordinariorũ pœnitus auctoritate litterarum ſuarũ exemit. Ita, quod Prioratus, Eccleſiæ, Domus, Præpoſituræ, loca, cum perſonis huiuſmodi ROMANO, DVMTAXAT PONTIFICI, ET PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITAN. QVI PRO TEMPORE FVERIT, AC ETIAM PRÆFATIS PRIORI, ET CAPITVLO PER OMNIA ESSENT SVBIECTA, quodque Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, & Ordinarij prædicti cenſuram Eccleſiaſticam, ſeu iuriſdictionem aliquam in Prioratibus; Eccleſijs, Domibus, Præpoſituris, locis, & perſonis prædictis exercere nequirent, ac ipſe prædeceſſor excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſi quas contra prædictum poſtquam illa ad Ordinariorum ipſorum notiam perueniret Exemptionis tenorem promulgari contingeret, irritas decreuit, & inanes, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris noſtri Blaſij Patriarchæ Hieroſolymitan. petitio continebat: licet excẽptio prædicta pluribus ex ipſis Ordinarijs innotuerit, ac per illos extiterit obſeruata, quia tamẽ interim, & præſertim dum ſchiſma in Dei Eccleſia duraret; aliquorum dicti Ordins Priorum, Fratrumq; negligentia, ſiue litium ſtrepitibus, ex minus cauta iuris ſui proſecutione, vel alias per quoſdam ex Ordinarijs prædictis, aut eis inſtantibus, ſeu proſequentibus per alios Iudices diuerſæ forſitam ſententiæ, etiam diffinitiuæ, contra pleroſq; ex ipſis Prioribus, & Fratribus promulgatæ, & executioni deman-

mandatæ fuerunt ; ab aliquibus exemptioni huiuſmodi, necnon illius effectui firmetur eſſe derogatum, pro parte dicti Blaſij Patriarchæ ſupplicatum fuit nobis humiliter, vt eiſdem Eccleſiæ Prioribus, Capitulo, Fratribus, & perſonis ſuper his opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaq; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, litium ſtatus ſententiarum quoque, & executionum tenores ac Iudicum prædictorum, necnon partium quas ipſę ſententiæ, & executiones contingebãt nomina præſentibus habentes pro ſufficienter expreſsis Exẽptionem, necnon litteras prędictas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium innouamus. Et inſuper ipſorum Priorum, Capituli, Fratrum, ac perſonarum potiori, pro cautela Prioratus, Eccleſias, Domus, Præpoſituras, & loca huiuſmodi vbicumq; conſiſtentia, quæ nunc, & imposterum ad ipſos pertinuerint, necnon illorum Canonicos, Fratres, & perſonas cũ omnibus bonis, iuribus, & pertinentijs ſuis à iuriſdictione, ſubiectione, viſitatione, ſubſidio, procuratione, poteſtate, & dominio Ordinariorum huiuſmodi auctoritate Apoſtolica prædicta de nouo imperpetuum eximimus, & totaliter liberam⁹. Ita quod ipſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, & Ordinarij, aut eorum aliquis, etiam ratione delicti, contractus, vel rei vbicumque committatur delictum, ineatur contractus, ſeu res ipſa conſiſtat, non poſsint in Priores, Capitulum, Prioratus, Eccleſias, Domos, Prępoſituras, loca, Canonicos, Fratres, & perſonas huiuſmodi, aut aliquem, aliquam, vel aliquod ex eis iuriſdictionem, ſeu poteſtatem, vel quoduis dominium quomodolibet exercere. Nos enim omnes, & ſingulos proceſſus, nec non excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſententias, aliaſque Eccleſiaſticas cenſuras, & pœnas, quas haberi, ſeu promulgari, totum id, & quidquid fieri, vel attentari contigerit contra tenorem noſtræ exemptionis huiuſmodi nullius decernimus exiſtere firmitatis. VOLVMVS AVTEM, QVOD PRIORATVS, ECCLESIÆ, DOMVS, PRÆPOSITVRÆ, LOCA, CANONICI, FRATRES, ET PERSONÆ HVIVSMODI QVOTIES, ET QVANDIV IPSA ECCLESIA HIEROSOLYMITAN. VACAVERIT ROMANO PONTIFICI. ALIAS VERO PATRIARCHÆ, ET CAPITVLO PRÆDICTIS DVMTAXAT IMMEDIATE SINT SVBIECTA. Non obſtantibus præmiſsis, ac fœlicis recordationis Innocencij Papæ IIII. etiam prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Volentes, necnon alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinibus, cæteriſque cõtrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis, exemptionis, liberationis, Conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datt. Florentię, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringenteſimo triceſimo quinto, ſexto Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto. Locus plumbi.

P. de Viuianis. *vij*

BVLA DEL PAPA INOCENCIO VIII. en que ſe contiene la extincion de la Religion del Santo Sepulcro de Ieruſalem, y la de la Milicia de San Lazaro en Bethleem, y Nazaret, y la vnion que della ſe hizo à la de San Iuan del Hoſpital de Ieruſalem.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ſolerti meditatione penſamus, quod inter pręcipua pręſidia, & contra inimicos Orthodoxę Fidei defenſionis, Ordo Hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, aſsiduum propugnaculum exiſtit, ac pro eiuſdē Fidei cōſeruatione, tutela, & augmento viros Religione decoros, propugnatores accerrimos, in temporalibus providos, & ſpiritualibus circunſpectos producit; circa illius ſtatum, eo perſpicacius noſtræ mentis aciem extendimus, eiuſque proſperitatem eo deſiderabilius affectamus, quo per eū vniuerſali Eccleſię ſucurritur, illiuſque perſonas magnis ſubiacentes periculis mentis noſtræ oculis conſpicimus. Digne igitur ad ea intendimus, per quæ illius ſtatus proſperitas augeatur, & Religioſorum Locorum aliorum Ordinum, eis cum commiſſo loca ipſa optatę reformationis, quibus indigere noſcuntur auxilio ſubleuentur, & Ordo præfatus ad infidelium oppreſionem in perſonis, & facultatibus ſuſcipiat incrementum. Sane dilecti filij Petrus de Abuſon Magiſter, & fratres dicti Hoſpitalis, ſuperioribus annis, dum Turcæ Truces Chriſti perſequutores vos intra Ciuitatem Rhodi terra Marique Arcta obſidione concluſos tenerent, & ipſius Vrbis Mænia, machinarum aliorum, etiam inſtrumentorum, quæ bello vſui eſſe ſolent impetu, ſolo magna ex parte æquaſſent, ſæpius cum eiſdem Turcis profidei Catholicæ, ac Rhodiæ Vrbis deffenſione manus intrepide cum maxima Turcarum ſtrage conſeruerunt, præfatique Magiſtri prouidentia, atque ſtrenuitate, ea ipſa inpugna quinque vulneribus affecti commilitonumque ſuorum magnanimitate victores (auxiliante Deo) euaſerunt. In ea tamen obſidione, & opugnationis congreſſu, quam plures fratrum, atque militum Chriſti Athletæ, & accerrimi propugnatores perierunt, & pro huiuſmodi Ciuitatis, Oppidorum, Locorum, Inſularum, & ſubditorum tutela, deffenſione, manuntentione, murorum, Turriumque Ruina prolapſarum reintegratione, fortificatione, reſtitutione, & reædificatione per magna expenſarum onera neceſſario ſubire compulſi ſunt, & demum Turcarum eorundem Mahumete Tiranno vita functo duobus illius filijs inuicem de ſucceſsione in Patris Tyrannidem vi, & armis contendentibus, Magiſter, & fratres prædicti eorum prudentia, alterū ex eis ſultanum Zazimi nuncupatum fraterno cedentem gladio, præſidioque deſtitutum omni ab imminenti diſcrimine, ac inſtanti vitæ periculo ſeruarunt, in ſuam redegerunt poteſtatem; & alterum ſultanum Bagraxit rerum Imperij potitum fraternæ conſeruationis, & incolumitatis timore perculſum, ad fædus ei ignominioſum: ipſi verò Ordini, ac Fidei Catholicæ glorioſum percutiendum, & penſionem tributariam numorum auri quadragintamillium exoluendam, donec in eorum poteſtate

Digitized by Google

te quietus degeret, compulerunt; ipſorumque ſuaſu, eo ipſo germani pauore intercedente Tyrannus, ipſe quoſdam Captivos diuerſi generis à ſeruitutis iugo liberauit; Claſſeſq; duas continuis ſtatibus in Chriſtico las, & Latinos ab eo magna impenſa inſtructas, atque paratas, cum iam, iam ipſas educere deſtinaret intra Helleſponti fauces impenſarũ ſarcinis exploſis, vt Magiſtro, & eius commilitonibus, in quo propenſio videtur morem gereret, continuit. Quę profectò illuſtria facinora præconio, per magnaque commendatione, & condigno proſequenda præmio exiſtunt. Nos igitur attendentes, quod militum, & fratrum ipſius Hoſpitalis numerus pariter, & facultates ad ſupportandam tantam belli Infidelium molem, & illorum, tam grandi potentiæ reſiſtendum plurimum tenues exiſtunt: cavendum quoque eſt, ne ob virium imparitatem nefandi hoſtes, non ſine magno, & pernicioſæ Catholicæ Fidei dedecore, ac detrimento prævaleant. Pariter, & ſperantes, quod ſi Sancti Sepulchri Dominici Hieroſolymitani Ordinis Sancti Auguſtini, & Militiæ Sancti Lazari Bethelcem, & Nazaret, etiam Hieroſolymitani Ordinis, ipſorumque Prioratus Præceptoriæ, & Membra, necnon Domus Dei de Montemorillon dicti Ordinis Sancti Aguſtini, vulgo dicti Pictauienſ. Diœc. & alia dependentia ab eis Membra, quæcumque (ſuppreſsis, & penitus extinctis in eis dictis Ordinib⁹ & Militia, ac eorum nominibus titulis, atque dignitatibus) dicto Hoſpitali Hieroſolymitano, pro eius Membris concederentur, aſsignarentur, & ex eis Prioratus, Baiulivæ, & Præceptoriæ iuxta ſtabilimenta Hoſpitalis eiuſdem in poſterum Regendæ ordinarentur, & perſonæ ad præſens illa obtinentes de eorum Ordinibus prædictis ad ipſum Hoſpitale transferrentur, & illum geſtarent habitum, qui in Hoſpitali geritur, & habetur, ac eiuſdem Hoſpitalis Inſtitutis, ſe conformarent, & illius communi Theſauro ad inſtar eorum, qui nunc ſunt fratres ipſius Hoſpitalis pro perferendis illiius oneribus oportuna ſubſidia de eorum Eccleſiaſticis proventibus, annis ſingulis exhiberent: ex inde profectò numerus fratrum, & facultates dicti communis Theſauri, tantum incrementum ſuſciperent, quod Magiſter, & fratres ipſi non ſolum eorundem infidelium potentiæ, & oppreſsionibus reſiſtere; ſed illos inuadere, vt Divina favente clementia, cum aliorum fidelium auxilijs, durante pręſertim Petro Magiſtro pręfato, in cuius magnanimitate, & ſingulari prudentia ſuis rebuſtiſsimis commilitonibus ſucurſo plurimum confidimus, occupatas ab eiſdem terras, Inſulas, & loca plurima in Orientis partibus recuperare, & Fidei Catholicæ cultoribus repleri poſſent, & eorundem, qui ſic ſupprimerentur, Ordinum, Prioratus, Præceptorię, & Membra, Magiſtri, & fratrum, prædictorum, quorum Ordo Deo gratus, & Chriſti Fidelibus plurimum eſt acceptus, directione laudabili reformationis votivę ſucceſsibus congratularentur, ac volentes eiuſdem Fidei oportunitatibus ſalubriter, vt tenemur, providere: habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus infraſcriptis, deliberatione matura; de illorum conſilio SANCTI SEPVLCRI DOMINICI HIEROSOLYMITANI, AC MILITIÆ SANCTI LAZARI BETHLEEM, ET NAZARET, etiam Hieroſolymitanę, necnon Domus Dei de Montemorillon cum eorum iuribus, & proprietatibus, etiam, de quibus fit mentio Bethleem, Nazaret, & Domus Dei, vel alijs, Ordines per ſe diſtincti, non eſſent, ſed aliorum Ordinum Membra, tamen ipſa, cum ſuis pertinentijs à ſuis Ordinibus authorita-

Aduiertaſe aqui, como todas las dichas Ordenes juntamente con la Milicia fueron de todo punto ſuprimidas, y extintas, con que conſta, q̃ no fue ſola la Milicia la extinta.

Aduiertaſe como aqui con mayor claridad ſe ſuprimen, y extinguen la Orden del Sãto Sepulcro

te

del Ieruſalem, y la Milicia de San Lazaro, y la Caſa de Montemorillon, y como todas las dichas Ordenes, y Milicias con ſus Prioratos, Preceptorias y derechos, ſe vné a la Religion de San Iuan de Ieruſalem.

Aduiertaſe tambien, como la Palabra (*Militia*) ſiempre cae ſobre la Religion de San Lazaro.

te Apoſtolica ſeparantes (*Repareſe en las palabras ſiguientes*) Ordines prędictos, & eorundem Ordinum, & Militię Archiprioratus, Prioratus, & Magiſtratus Generales, ac in eorundem Ordinum, Prioratibus, Prę-ceptorijs, Domibus, & Membris illorum, quibus denominantur nomina,& dependentias,ac pertinentias omnino ſupprimimus , & extinguimus, illaq; omnia per vniverſum Orbem exiſtentia, & conſtituta, quorum nomina fructus,redditus,& proventus pro expreſsis habemus dicto Hoſpitali Sancti Ioannis Hieroſolymitani pro illius Membris, & dictam Domum expreſsè pro Membro Prioratus Aquittaniæ dicti Ordinis de ſimili conſilio, & authoritate vnimus , incorporamus, concedimus, & aſsignamus, & perſonis ſuppreſſorum Ordinum eorundem ab illorum regularium Inſtitutorum obſeruatione (exceptis tribus ſubſtantialibus votis, per eos forſan emiſsis) & habituum eorumdem ſuppreſſorum Ordinum geſtatione de eorumdẽ conſilio,& authoritate abſoluimus,& ad Hoſpitale ipſius, & illius Ordinem transferimus, & volumus , vt de cætero illorum geſtent habitum , qui per fratres dicti Hoſpitalis geritur, & habetur, ac illius regularibus Inſtitutis ſe conforment , & tam qui inſtitutum, quam qui incommendam in præſentiarum , illa obtinent ad aliorum fratrum dicti Hoſpitalis inſtar, iuxta Magiſtri, & fratrum prædictorum, aut ab eis authoritatem habentium providam moderationem pro temporum qualitate, de eorum Membrorum, quæ ſic obtinuerit proventibus communi Theſauro prædicto, ſuffragia, & onera exhibeant annuatim, & Magiſtri , ac Conventus prædictorum mandatis obtemperent: nec quovis modo clam, vel palam, illi, qui huiuſmodi Prioratus, aut loca dictorum Ordinum ſuppreſſorum tenent eis cædant, aut renuntient,vel de eis donationem faciant,abſque expreſſo conſenſu, licentia, & authoritate Magiſtri , & Conventus præfatorum , quod ſi ſecus fecerint irritum , & inane, quod factum fuerit,& nullius roboris eſſe decernimus. Et nihilominus pœnam privationis beneficiorum,& excomunicationis latæ ſententiæ, eo ipſo incurri cenſeantur; plenam Magiſtro moderno,quandiu vixerit,& Magiſtro dicti Hoſpitalis erit ſoli, ſine Conventu, & cum cedente, vel decedente,ſeu Magiſtratus dicti Hoſpitalis, aliàs quomodolibet dimittente, pro tempore exiſtente Magiſtro, & Conventui præfatis , ac habentibus ab eis poteſtatem , ex eiſdem dictorum, ſic ſuppreſſorum Ordinum, Prioratibus, Domibus, Præceptorijs, & Membris huiuſmodi Prioratus , Baiulivas , & Præceptorias inſtar aliorum Membrorum dicti Hoſpitalis , & de illa de Domo Dei, de Montemorillon, cum ſuis pertinentijs ipſius Prioratus, Aquitaniæ eiuſdem Hoſpitalis, & non alterius Prioratus , authoritate noſtra ordinandi, & cum pro tempore vacauerint , de eiſdem diſponendi concedentes præſentium tenore facultatem,ac decernentes, Prioratus Domus, Præceptorias,& Membra ſuppreſſorum Ordinum,huiuſmodi dicto Hoſpitali, vt præfertur applicata , & illa nunc, & pro tempore obtinentes Privilegijs, favoribus , & indultis , quibus alia , eiuſdem Hoſpitalis Membra,& fratres potiuntur,& gaudent, vti potiri,& gaudere poſſe, & debere, & in his, quæ Hoſpitali, & Membris eius , ac illa obtinentibus concederentur in poſterum, pari modo concludi. Irritum , quoque, & inane , quidquid ſecus ſuper his à quoquam,quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, & nihilominus,omnibus,& ſingulis in Dignitate Eccleſiaſtica Conſtitutis perſonis , & Cathedralium Eccleſiarum Canonicis , ac Ordinariorum locorum in Spiritualibus Genera-

neralibus Vicarijs, & Officialibus, quos deſuper pro parte Magiſtri, & Convẽtus prædictorum, vel dilectorũ filiorum, Guidonis de Blanchefort, Prioris, Prioratus Aluerniæ, & Ioannis Kendal Turcopelerij dicti Hoſpitalis Oratorum pro nonnullis arduis negotijs ad Nos deſtinatorum, requiri continget de ſimilibus conſilio, & ſcientia per ſe, aut alium, vel alios pręmiſſa, vbi quando, & quotiens expedire cognoverint, ſolęmniter publicantes, ac eis ſuper ijs efficacis, defenſionis pręſidio aſsiſtentes faciant, authoritate noſtra tranſlatas ad ipſum Hoſpitale ſuppreſſorum Ordinũ prædictorum perſonas in habitu, & regularium inſtitutorũ dicti Hoſpitalis: obſeruantia fratribus eiuſdẽ Hoſpitalis ſe conformare, & eorumdem Magiſtri, & Conventus, ac ipſorũ Officialium, ad inſtar aliorum fratrum dicti Hoſpitalis obtemperare mandatis, & eiuſdem Hoſpitalis, vſus, mores, ſtabilimenta, ſtatuta, & conſuetudines obſeruare, & tam illos, quam, qui in præſentiarum, aliqua ex dictorum ſuppreſſorum Ordinum Membris, incommendam obtinent, aut qui in vim præſentis vnionis infuturum obtinebunt, ad reſpondendum de illorum proventibus dicto communi Theſauro: aut illis, quibus aſsignata fuerint debite ſatisfaciant, & onera, ac penſiones reſeruatas, ſeu in poſterum reſeruandas, iuxta moderationem deſuper pro tempore factam, aut faciendam, vt pręfertur, eadem authoritate compellant. contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio Brachij Sęcularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinum, & Militię prædictorum iuramento, etiam Apoſtolica confirmatione, vel quauis firmiter, alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: eiſdemq; Ordinibus, ſic ſuppreſsis cõceſsis per Sedem Apoſtolicam, Privilegijs contrarijs quibuſcũque. Seu ſi aliquibus communiter, vel diviſim à Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, non poſsint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Et quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca, in quibus neceſſariæ erunt deferre. Volumus, quod earum tranſumptis Sygillo alicuius Prælati, ſeu eius Vicarij Eccleſiaſtici Munitis, & manu publici Notarij ſubſcriptis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem Originalibus litteris, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ ſeparationis, ſuppreſsionis, extinctionis, vnionis, incorporationis, conceſsionis, aſignationis, abſolutionis, tranſlationis, Conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, eius ſe noverit incurſurũ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octoageſimo nono, quinto Kalendas, Aprilis Pontificatus noſtri anno quinto. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: Sanctus Petrus, Sanctus Paulus Innocentius Papa VIII. Ego Innocentius Eccleſię Catholicę Epiſcopus manu propria ſubſcripſi. Ego R. Epiſcopus Portuen. S. Romanæ Eccleſiæ, Vicecancellarius ſubſcripſi. Ego O. Epiſcopus Sabin. S. Rom. Eccleſ. Cardinalis Neapol. ſubſcripſi. Ego M. Epiſcopus Preneſtinus S. Rom. Eccleſ. Cardinalis Sancti Marci me ſubſcripſi. Ego Iul. Epiſcopus Oſtiẽ. S. Rom. Eccleſ. Cardinalis Sancti Petri Aduincula me ſubſcripſi. Ego Io. Epiſcopus Albanen. S. Rom. Eccleſ. Cardinalis, Andoganen. Or-

Conſidere el Lector la muchedũbre de Cardenales, quẽ ateſtiguan aver extinguido el Papa Inno-

C dinis

cencio VIII. laReligiõ del Santo Sepulcro, y vnido-la a la de San Iuan el año 1489.

dinis Protector ſubſcripſi. Ego C. titul. S. M. in Tranſtiberim Presbiter Cardinalis Vlixb. manu propria ſubſcripſi. Ego Hier. Titt. S. Chriſogoni Presbiter Cardinalis Racaneten. manu propria ſubſcripſi. Ego D. Cardinalis Sancti Clementis manu propria ſubſcripſi. Ego P. Cardinalis S. Sixti manu propria me ſubſcripſi. Ego Io. Cardinalis de Conuitibus manu propria ſubſcripſi. Ego Io. Ia. titt. S. Stephani in Celio Monte Presbiter Cardinalis Parmen. manu propria ſubſcripſi. Ego L. titt. S. Suſanæ Presbiter Cardinalis Beneuentan. manu propria ſubſcripſi. Ego P. Cardinalis de Fayo titt. Sanctorum Coſmæ, & Damian. manu propria ſubſcripſi. Ego R. Cardinalis S. Georgij Domini noſtri Papæ Camerarius manu propria. Ego Io. B. Cardinalis Sabellus manu propria. Ego Io. Cardinalis de Columna manu propria ſcripſi. Ego Aſ. Ma. Cardinalis Sforcia Vicecomes ſubſcripſi. *Locus † Plumbi.*

Hieronymus Balbanus.

P. de Perreria.

PROVISION, O, COLACION, QVE EL Gran Maeſtre de la Religion de S. Iuan, D. Fray Pedro de Aubuſon, Cardenal de la Sãta Igleſia Romana, hizo del Priorato del Santo Sepulcro de Calatayud en la perſona de Diomedes de Villaragut Caſtellan de Amposta.

CON INSERCION DE LA BVLA DEL PAPA INOCENCIO VIII. *en que le dà facultad, para proveer qualeſquier Beneficios de la dicha Religion del Santo Sepulcro.*

FRATER Petrus de Aubuſon, miſeratione Divina Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Sancti Adriani Diaconus Cardinalis, & Sacræ Domus Hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolymitani Magiſter humilis, Pauperumque Ieſu Chriſti Cuſtos, Venerabili, ac Religioſo in Chriſto nobis, Præclariſsimo Fatri Diomedi de Villaragut, Caſtellaniæ noſtræ Ampoſtæ Caſtellano, ſalutem in Domino ſempiternam. Præclara veſtræ perſonæ merita nos inducunt, vt vos ſpeciali favore proſequi ſtudeamus, quo incumbentibus oneribus pro Fidei Catolicæ tuitione, & Sanctæ Hoſpitalitatis exercicio, quibus Ordo noſter cenſetur dicatus cõmodius ſubuenire poſsitis. Dudum ſi quidem felicis recordationis INNOCENTIVS Papa VIII. pro ſua clementia ad Fidei Catholicæ deffenſionem, & pia Hoſpitalitatis opera exequenda, augmentumq; Ordinis noſtri, qui gravia onera bellis Infidelium perpeſſus eſt, & in dies ſubire dignoſcitur, iuſtis rationib⁹ & cauſis impulſus RELIGIONES SANCTI SEPVLCHRI DOMINICI HIEROSOLYMITANI, AC MILITIÆ SANCTI LAZARI, ET DE NAZA-

Conſidere ſe, como ſe ex reſſa auer ſido vnida la Religion del Santo Sepul-

ZARETH, ATQVE BETHLEEM VBILIBET CONSTITVTAS: Nencon Domum Dei de Montemorillon Pictavienſis Diœceſis cum Archiprioratibus, Præceptorijs, Beneficijs, & Membris ab eis dependentibus extinxit, ſuppreſsit, & caſſauit, & Ordini noſtro prælibato, ex mera liberalitate vniuit, & incorporavit, ac Nobis quamdiu eius Ordinis Magiſtratui præfuerimus, vt facilius vnio huiuſmodi Ordinum ſortiretur effectum de Archiprioratibus, Prioratibus, Præceptorijs, & Membris, atque beneficijs, & Dignitatibus huiuſmodi Ordinum extinctorum & vnitorum vacantibus, aut vacaturis diſponendi, & ius ad ea concedendi & alijs vniēdi, annexandi adinſtar aliarum Præceptoriarum, & beneficiorum noſtræ Religionis, & providendi, provt litteris Apoſtolicis à ſua Sanctitate emanatis diffuſsius conſtat, & apparet, authoritatē, facultatemq; conceſsit. Nos itaque indultis ab ipſo felicis recordationis Innocentio Papa. VIII. Ordini noſtro, & Nobis conceſsis his de cauſis impulſi Prioratum Sancti Sepulchri Ciuitatis Calataiubi cum ſuis Membris, & pertinentijs, quibuſuis per obitum, quondam Ægidij Sardonel, ſiue per ceſſum, aut reſignationem factam de eodem per ipſum defunctum, aut aliàs, vel per obitum, quondam Fratris Petri Ferdinandi de Heredia, qui de eodem per Nos proviſſus fuit, nuper Rhodi defuncti, ſiue hoc, ſiue alio quoviſmodo vacantem præſentialiter, & ad noſtram collationem, donationem, ordinationem, & diſpoſitionem propterea rationabiliter, & legitimè devolutam, authoritate Apoſtolica, qua fungimur ſerie præſentium vobis concedimus, donamus, & de gratia ſpeciali, ex nunc pro tunc & ex tunc pro nunc vobis conferimus, & concedimus, & ius ad ipſum damus, ac de eodem vobis providemus. Committentes, atque præcipientes in virtute, quoque obedientiæ diſtrictius iniungentes cuicumque Fratri Ordinis noſtri ſuper hoc per vos, aut veſtrum Procuratorem requirendo, vt ad omnem veſtram, ſeu veſtri legitimi Procuratoris inſtantiam, & requiſitionem, vt in eiuſdem Prioratus Sancti Sepulchri Ciuitatis Calataiubi; & ſuarum pertinentiarum, prædiorum, ac iurium pariter, & Dom rum, fructuumque, & reddituum vos, vel Procuratorem veſtrum in poſſeſsionem corporalem, & realem, pacificam, & quietam, ex nunc pro tunc, & ex tunc pro nunc inducat, inductumq; conſeruet, de fructibus quoque reſponderi faciat. Amoto ab inde quolibet alio illicito detentore, ſi quis ſit, quem Nos tenore præſentium amovemus, & decernimus firmiter amovendum. Reſeruantes Nobis, noſtroq; communi Theſauro duas annatas huiuſmodi Prioratus, & pertinentiarum pro iure mortuarij, & vacantis in Ordine noſtro ſolui conſuetas, cæteriſq; iuribus impoſitis, & imponendis pro rata valoris ipſius Prioratus dicto Theſauro noſtro exſoluendis ſemper, ſaluis, atque retentis, ex quibus tuitione Rhodiæ Vrbis, & Locorum noſtrorum in Oriente contra Turcarum, & Infidelium Rabiem, & Sacri Xenodochij Sanctis operibus ſubuenitur. Nos enim, quod in vim præſentium executioni demandatum fuerit, gratum, & ratum habebimus. Quodque expenſæ in aſſequutione huiuſmodi Prioratus ſint ſuper vos, & non ſuper ipſum Theſaurum. Inhibentes nihilominus authoritate Apoſtolica, cuicumq; Fratri, ne directè, vel indirectè, clam, vel palam, aliquid, vel aliqua attentare præſummat contra huiuſmodi noſtram proviſionem, & collationem, atque contenta in eadem. Quod ſi contra fecerit illud, & illa irritum, & irrita, nulliuſque roboris eſſe decernimus, & etiam contra faciendo, tan

quam

ero, y la Milicia de San Lazaro, de modo que la palabra (*Militia*) ſiempre ſe junta con San Lazaro, no con la Religion del Sāto Sepulcro. Con que queda deſuanecida la pretenſion de la parte contraria, fundada en la palabra (*Militia*)

Conſiderēſe aſsi miſmo, de como ſe expreſſa averſe concedido facultad de proveer, no ſolo las Preceptorias, ſino los Beneficios, q̃ propriamente pertenecen, no a los Cavalleros ſino a los Canonigos, ò à los Sacerdotes de las dichas Religiones.

Digitized by Google

quam prævaricator proviſionum noſtrarum, &auchoritatis Sedis Apoſto licæ, cenſuras Eccleſiaſticas incurrere eo ipſo cenſeatur. Mandantes, & præcipientes vniuerſis, & ſingulis dictæ Domus noſtræ Fratribus, quacumque auchoritate, dignitate, Officioq; fungentibus præſentibus, & futuris, ne contra noſtras præſentes litteras conceſsionis, commiſsionis, præcepti, reſeruationis, mandati, & inhibitionis aliquatenus facere, vel venire præſummant. Quinimo ipſas inviolabiliter obſeruent. Quarum quidem litterarum Apoſtolicarum tenor, de quibus ſupra fit mentio, ſequitur.

Refiereſe la Bula de Inocencio Octavo.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Petro Sãcti Adriani Diacono Cardinali, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. LAVDIBVS, & honore dignißima Hoſpitalis Sãcti Ioannis Hieroſolymitani Sacra Religio ab ipſius inſtitucione felici, per latitudinem Orbis terræ multipliciũ virtutũ decore ſemper claruit, & ſuorum meritorum claritate in oculis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ frequenter illuxit, & proptereá quã plurimi piæ memoriæ Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, grandi exinde iucunditate repleti Religionem ipſam immenſo amore in Chriſto diligere, & ſinceriſsima charitate proſequi curarunt, multis illam attollendo præſidijs, & dotando beneficijs opulentis. Nos autem poſtquam Apoſtolatus Officij cura Divina diſponente clementia ſuſcepimus, mente revoluentes, quod eiuſdem Hoſpitalis Fratres ſunt ij, qui tollentes Crucem ſuam, & abnegantes ſæcularia deſideria pro tuitione Catholicæ Fidei res, & vitam exponere non formidant, & per quos Deus aduerſariorum noſtrorum conatus humiliat, & reprimit; & qui pro Fratribus animas ponere non dubitant, corde concepimus eorumdem Prædeceſſorum veſtigia paternis innitendo affectibus Religionem ipſam chariſsimam habere, & huiuſmodi benevolentia noſtra per operationis Myſterium, eluceſceret in profeſſores illius dona multiplicia effundere gratiarum firma ſpe fiduciaq; conceptis, quod quanto plus dicta Religio Apoſtolico favore reficitur, tanto devotionis, & reverentiæ eius ad prefatam Eccleſiam ſtudium ſuſcipit incrementum. Hinc eſt, quod nos exigentibus tuis, & Fratrum prædictorum meritis, & tunc dicti Hoſpitalis Magiſtrum Superioribus menſibus in Sancti Adriani Diaconum Cardinalem de Fratrum noſtrorum cõſilio aſſumpſimus, tecumq; diſpenſavimus, vt Cardinalis exiſteres; nihilominus eidem Hoſpitali in Magiſtrum præeſſes, ſicut prius, & pro eiuſdem Religionis incremento, illi omnia, & ſingula Prioratus, Præceptorias, & Membra de Bethleem Fratrũ Sepulchri Dominici Ordinis Sancti Auguſtini, & Militiæ Sancti Lazari, ac de Nazareth, vbilibet per vniverſum Orbem conſiſtentia, necnon Prioratum de Montemorillon Ordinis Sancti Auguſtini Pictaven. Diœceſ. cum Membris ab eo dependentibus, & ipſorum Ordinum, & Militiarum ſuppreſsione, & extinctione præfato Hoſpitali, & illius Religioni perpetuo vniuimus, annexuimus, & voluimus eiuſdem Hoſpitalis Membra fore, & illa obtinentes tenerentur, ad ſuſcipiendum Habitum Religionis eiuſdẽ Hoſpitalis, & illius Ritus, & mores obſeruandum, & ſubeundum ſolita oneraq; Membrorum dicti Hoſpitalis Poſſeſſores perferre, ſoliti ſunt, prout in noſtris inde

Noteſe, q̃ la palabra (*Militia*) ſiempre cae ſobre S. Lazaro.

inde confectis litteris plenius continetur. Cupientes,vt ſuppreſsio,vnio, annexio, incorporatio, & applicatio prædictæ,omnia, & ſingula in dictis noſtris litteris ſuper illis confectis cõtenta,votiuum,vt decet,facilius ſortiantur effectum, & de eorumdem ſuppreſſorum de Bethleem Sepulcri Dominici Ordinis Sancti Auguſtini, Archiprioratus, Magiſtratus Militiarum, Prioratus, Præceptoriæ, ipſique Prioratus de Montemorillon, & eius Membra, eo facilius in poteſtatem Religionis prædictæ dicti Hoſpitalis proueniant, quo tibi quamdiu Magiſtratum dicti Hoſpitalis tenebis, diſponendi de illis, non ſolum cum vacabunt, ſed etiam antequam vacent,dando ad illas ius cum vacabunt,fuerit conceſſa poteſtas, & authoritas attributa: motu proprio, non ad tuam, aut dilectorum filiorum Conuentus Rhodi Hoſpitalis eiuſdem, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam; ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa noſtra ſcientia tibi, vt quamdiu eiuſdem Hoſpitalis Magiſtratum obtinebis de Archiprioratu, Magiſtratibus, Prioratibus, Præceptorijs, Membris, & Beneficijs prædictis per nos, vt præfertur, Religioni prædictæ Hoſpitalis eiuſdem incorporatis, & applicatis in titulum vacationis eorum, etiam antequam vacent dando ad illa gratias expectatiuas Fratribus eiuſdem Hoſpitalis, & etiam alijs, qui illius Religionem ingredi voluerint, & illa vniendo, annectando, & incorporando alijs Præceptorijs, & Membris, prout tibi videbitur, & placebit pro faciliori reductione Prioratuum, Præceptoriarum, & Membrorum incorporatorum huiuſmodi ad manus, & in poſſe fratrum dicti Hoſpitalis deductionem diſponere liberè, & licitè valeas, authoritate Apoſtolica præſentium tenore, concedimus: & volumus, quod gratiæ expectatiuæ,vniones, annexiones, & incorporationes, ac aliæ diſpoſitiones, quas feceris de eiſdem in huiuſmodi eorum vaccationis euentum plenum ſortiantur effectum: ſi de illis poſtquam vaccauiſſent, fierent. Non obſtantibus Conſtitutionibus,& Ordinationibus Apoſtolicis,ac dicti Hoſpitalis iuramento confirmatione Apoſtolica,vel quauis alia firmitate roboratis Statutis, & conſuetudinibus, vſibus, & naturis, cæteriſque contrarijs cuiuſcumque. Quodque præſentium litterarum tranſumpto manu publici Notarij confecto, & Sigillo alicuius Prælati Eccleſiaſtici munito plena vbique Fides adhibeatur in iudicio, & extra, & illi omnino ſtetur, prout adhiberetur, & ſtaretur præſentibus Originalibus litteris, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam noſtræ conceſsionis,& voluntatis infringere velle, ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octoageſimo nono: Sexto Kalend. Aprilis: Pontificatus noſtri anno quinto.

Repareſe en la facultadque ſe dà al Grã Maeſtre Aubuſon de proveer los Archiprior ados, Magiſtrados generales, Preceptorias, Priorados, y Beneficios de las dichas Ordenes, ò Religiones,y Milicias ſuprimidas, vnidas: debaxo de cuyos nõbres ſe comprehendé,en particular los que eran proprios de la Religion de CanonigosReglares del Santo Sepulcro de Ieruſalem.

Sic ſignata ſub Plica Hier. Balbanus, & ſuper Plicam Petrus de Perreria: In cuius rei teſtimonium Bulla noſtra Magiſtralis Plumbea pendentibus eſt appenſa. Dattum Rhodi die XX. Iulij, anno ab Incarnatione Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio.

Digitized by Google

BVLA DEL PAPA LEON X. EN QVE ſepara el Priorato de Calatayud de la vnion Vniverſal, hecha por el Papa Inocencio VIII. declarando no aver ſido comprehendido en ella, à peticion, è inſtancia del Catolico Rey Don Fernando.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, & Epiſcopo Tiraſonenſi, ac dilecto Filio Abbati Monaſterij Sanctæfidis Cæſarauguſtanæ Diœceſ. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie emanarunt à nobis litteræ tenoris ſubſequentis. LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis, cui ſummus ille rerum arbiter vices ſuas commiſsit in terris plena vigilijs ſolicitudo requirit, vt de ſingularum ſuæ Curæ creditarum præſertim Divinis obſequijs ſub regulari Diſciplina emanancipatarum perſonarum ſtatu in quietis, & tranquilitatis amœnitate fovendo frequenter cogitet, & quæ ad id pertinere noſcantur, & in quibus Catholicorum Regum, & Principum concurrit devotio, ordinet, & diſponat, etiam Prædeceſſorum ſuorum geſta, & in aliquo alterando, & mutando: provt locorum, & temporum qualitatibus diligenter attentis, videt in Domino ſalubriter expedire. Dudum, ſi quidem fœlicis recordationis INNOCENTIVS Papa VIII. Prædeceſſor noſter, certis ex cauſis, tunc expreſsis, de Fratrum ſuorum conſilio, inter alia perpetuo Prioratus, Præceptorias, & alia loca, quæcumque, ac ab eis dependentia Membra Sancti Sepulchri Dominici Hieroſolymitani Ordinis Sancti Auguſtini à dictis Sepulcro, & Ordine ſeparavit, & dictum Ordinem, ſeu Sepulcri eiuſmodi denominationem in illis omnino ſuppreſsit, & extinxit, ipſaque Prioratus, Præceptorias, Loca, Membra vbilibet per vniverſum. Orbem terrarum exiſtentia, Hoſpitali Sancti Ioannis Hieroſolymitani pro illius Membris vniuit, annexuit, & incorporauit, conceſsit, & aſignauit, ac perſonas Sepulcri, & Ordinis prædictorum ab illius habitus geſtatione, & Regularium Inſtitutorum obſeruantione (exceptis tribus ſubſtantialibus votis per eos forſan, tunc emiſsis) abſoluit, eoſque ad dictum Hoſpitale tranſtulit, ac voluit, quod ex tunc de cætero illum geſtarent habitum, qui per eiuſdem Hoſpitalis Fratres gerebatur, & habebatur, ac illius Regularibus Inſtitutis ſe conformarent, & ad contribuendum annuatim communi Theſauro dicti Hoſpitalis de eorundem Membrorum, quæ tam in titulum, quam incommendam, tunc obtinuerant proventibus ſuffragia, & munera, & ad obtemperandum pro tempore exiſtentis Magiſtri, & dilectorum filiorum Conventus Rhodi eiuſdem Hoſpitalis mandatis, & alia forſan tunc expreſſa onera ſubeundum, tenerentur. Quodque Magiſter, & Conventus præfati de Prioratibus, Præceptorijs, Locis, & Membris Sepulchri Dominici huiuſmodi cum per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamuis aliam dimiſsionem, illa obtinentiũ, vacarent, ſicuti de alijs dicti Hoſ-

Hoſpitalis, Prioratibus, Præceptorijs, Beneficijs, & Membris diſponendi, & ordinandi plenam haberent facultatem: decrevitque irritum, & innane, ſi ſecus ſuper ijs à quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter, id contigerit attentari, & non nulla, alia tunc expreſſa iuſsit, fecit, & ordinavit: prout in eiuſdem Prædeceſſoris, inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem ſicut exhibuit nobis nuper pro parte Chariſsimi in Chriſto Filij noſtri Ferdinandi Aragonum, & vtriuſque Siciliæ Regis, Illuſtris petitio continebat: Separatio, ſuppreſsio, extinctio, vnio, incorporatio, annexio, conceſsio, aſsignatio, voluntas, & litteræ prædeditæ in Regno Aragonum, prout in pluribus alijs Regnis, & dominijs, vſu receptæ, & effectum ſortitæ hactenus, non fuerint, ac inter cætera, Prioratus, & Loca dicti Sepulchri in præfato Regno, exiſtat Prioratus eiuſdem Sancti Sepulchri Oppidi de Calataiubio Tiraſonenſis Diœceſis, Locus quidem ſatis Inſignis, ad cuius Eccleſiam Fidelium devotionis cauſa accedentium frequens habetur concurſus, & in quo plures Canonici ſub Regulari habitu virtutum cum Divini cultus decore, & Populi ſpirituali conſolatione Domino famulantur; quia ad litterarum INNOCENTII Prædeceſſoris huiuſmodi Obſeruantiam, non abſq; graui eorum animarum perturbatione, & forſam illius Populi ſcandalo induci poſſent, ſi non ſtatueretur, decerneretur, & declararetur, Prioratum Oppidi huiuſmodi illiuſq; Canonicos, & Perſonas, ac res, & bona, ac ab eo dependentia Membra, quæcumque ſub dictis litteris, ac ſeparationis, ſuppreſsionis, extinctionis, annexionis, conceſsionis, voluntatis, decreti, Mandati, ac alijs in eiſdem litteris contentis clauſulis, minimè compreheñſa, ſeu ab illis prorſus excepta fuiſſe, & eſſe: inq; eo ſtatu perſtitiſſe ſemper, & perſiſtere, in quo erant antequam ſeparatio, ſuppreſsio, extinctio, vnio, annexio, conceſsio, & alia præmiſſa per dictum INNOCENTIVM Prædeceſſorem facta fuiſſent ipſęque deſuper confectæ litteræ emanaſſent. Atq; de cætero manere poſſe, & debere: Profecto, vt Prioratui Oppidi, huiuſmodi, & perſonarum in illo pro tempore degentium ſtatui proſpero, & tranquillo in ſpiritualibus, & temporalibus ſalubriter conſuleretur PRO PARTE EIVSDEM FERDINANDI REGIS ASSERENTIS, SE AD ECCLESIAM, ET PRIORATVM OPPIDI EIVSMODI SINGVLAREM GERERE DEVOTIONIS AFFECTVM: nobis fuit humiliter ſupplicatum. vt præmiſſa ſtatuere, decernere, & declarare aliaſque deſuper oportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex noſtra certa ſcientia, Prioratum Oppidi huiuſmodi, illiuſque pro tempore exiſtentis Priorem, Canonicos, & Perſonas, res, & bona, ac ab eo dependentia Membraquæcumque ſub dicti INNOCENTII Prædeceſſoris litteris, etiam ſi per diuerſos alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros in genere, vel in ſpecie pluries approbatæ, & innovatæ ſunt, ac ſeparationis, ſuppreſsionis, extinctionis, annexionis, conceſsionis, voluntatis, decreti, mandati, & alijs in illis contentis clauſulis, non comprehenſa, ſed ab illis prorſus excepta fuiſſe, & eſſe, ac in eo ſtatu perſtitiſſe ſemper, & perſiſtere in quo erat, antequam ſeparatio, ſuppreſsio, extinctio, vnio, annexio, conceſsio, & alia prēmiſſa per dictum Prędeceſſorem facta fuiſſent, ipſęque deſuper confectæ litteræ emanaſſent: ſicque de cætero manere poſſe, & debere authoritate Apoſtolica tenore præſentium in perpe-

tuum

tuum ſtatuimus, decernimus, & declaramus. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Statutis, quoque, & conſuetudinibus, ac ſtabilimentis, vſibus, & naturis dicti Hoſpitalis, necnon quibuſuis Privilegijs, & indultis Apoſtolicis eidem Hoſpitali, illiuſq; Magiſtro, & Conuentui præfatis, per quoſuis Roman. Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam, ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum, derogatorijs, aliſque fortioribus, efficatioribus, & in ſolitis, etiam motu proprio conſilio, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam cum irritantibus decretis, etiam per viam contractus, aut alias conceſsis, approbatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, quibus omnibus, etiam ſi in illis contineretur expreſsis, quod eis, non niſi ſub certis inibi expreſsis modo, & forma, etiam de conſilio, & conſenſu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium derogari poſsit, ac de illis, eorumque totis tenoribus pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas id importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda, & exquiſita forma ſeruanda foret tenoris huiuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes illis, alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtri, ſtatuti, decreti, declarationis, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atentare præſumpſerit, indignationem, omnipotentis Dei, ac Beati Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datt. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominici milleſimo quingenteſimo tertio. Decimo: quarto Kalendas Novembris: Pontificatus noſtri anno primo. Quo circa diſſeretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta, mandamus: quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios pro tempore exiſtenti Priori Prioratus Oppidi huiuſmodi, ac Canonicis, & perſonis, inibi pro tempore degentibus in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio, aſiſtentes ipſaſque noſtras litteras, vbi, quando, & quotiens opus fuerit, & pro parte eorum Prioris, & Canonicorum, ac perſonarum, & cuiuslibet eorum fueritis requiſiti, ſolemniter publicantes, faciatis authoritate noſtra, ſtatutum, decretum, & declarationem huiuſmodi, iuxta earumdem noſtrarum litterarum continentiam, atque formam inuiolabiliter obſeruari, nonpermittentes, eos, vel eorum aliquem ſuper illis per quoſcumque indebite moleſtari: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato, etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij Sęcularis. Non obſtantibus omnibus ſupradictis. Seu ſi aliquibus communiter, vel diviſim à præfata ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datt. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo tertio decimo: quarto Kalendas Novembris Pontificatus noſtri anno primo. *Locus † Plumbi.*

Io. Colardi à Tarſo *A. de Almerinis.*

Digitized by Google

SSatisfazeſe a cierta tacita objecccion, que ſe origina de lo diſpueſto, y decretado en la referida Bula del Papa Leon X. y es la mayor, y mas fuerte, que ſe ha ofrecido, y puede ofrecerſe en la principal controuerſia, q̃ haſta aora ſe ha ventilado; ſobre ſi los Patriarcas de Ieruſalem, y el Prior, y Capitulo de la Igleſia del Santo Sepulcro de Ieruſalem, deſpues de la Bula de la vnion, han tenido, ò tienen juriſdicion alguna ſobre el Prior, y Canonigos del Santo Sepulcro de Calatayud, y ſobre el Conuento de Monjas de Çaragoça, miembro dependiente del dicho Priorato.

La duda nace de aquellas palabras, con q̃ el Pontifice Leõ, decreta, y declara, q̃ el Priorato de Calatayud con ſus miembros, y con todas ſus perſonas, y pertinencias, y bienes, quede en el miſmo eſtado en que eſtaua antes de la vnion. *Ac in eo ſtatu perſtitiſſe ſemper, & perſiſtere, in quo erat antequam ſeparatio, ſuppreſsio, extinctio, vnio, & alia præmiſſa per dictum Prædeceſſorẽ facta fuiſſent; ipſæque deſuper cõfectæ litteræ emanaſſent: Sicque de cætero manere poſſe, & debere Authoritate Apoſtolica tenore præſentium in perpetuum ſtatuimus decernimus, & declaramus. Non obſtantibus, &c.* Toque ya eſta duda, y la ſoltè en mi antecedẽte papel en el §. 8. deſde el num. 106. haſta el de 108. Para cuya mayor inteligencia, y para que ſe forme pleno concepto de la fuerça de dicha ſolucion, ſe han de conſiderar atentamente todas las coſas ſiguientes.

Primo, que el Papa Inocencio VIII. extinguiò penitus toda la Religion del Santo Sepulcro de Ieruſalem, de la Orden de San Aguſtin; y vniò todos ſus Priorados, Archipriorados, Preceptorias, y Beneficios, &c. a la Religion de San Iuan del Hoſpital de Ieruſalem.

Segundo, que el miſmo Papa Inocencio por Bula eſpecial, que arriba eſtà alegada, concediò al Gran Maeſtre de S. Iuã, D. Fray Pedro de Aubuſon, Cardenal de la Santa Igleſia Romana, pleniſsima facultad de poder pro

uecer, conferir, y donar todos los dichos Priorados, y Beneficios, en quiẽ, ò quienes, y como mejor le pareciesse.

Tercero, que el dicho Gran Maeſtre, vſando de la dicha facultad concedida, proueyò el Priorato del Santo Sepulcro de Calatayud en la perſona de Diomedes de Vilaragut, Caſtellan de Ampoſta, deſpachando letras neceſſarias para poder tomar poſſeſsion del dicho Priorado.

Quarto, que a la dicha Bula de la vniõ, hecha por Inocencio VIII. huuo mucha contradicion en muchas, y diuerſas Prouincias del Orbe, y no menos en eſta de Aragon de parte de los de la Religion del Santo Sepulcro. Como claramente conſta dela narratiua que haze el Papa Leon X. en ſu dicha Bula: a que ſe deve tener mucha conſideracion, como tambien a que la Ciudad de Calatayud, y los Canonigos del Santo Sepulcro de dicha Ciudad, ſe opuſieron a Diomedes de Vilaragut, quando en execucion de la gracia que le hizo de dicho Priorado el dicho Gran Maeſtre, quiſo tomar poſſeſsion dèl. Porque huuo mucho, y muy eſcandaloſo tumulto ſobre ello; por lo qual dicha Ciudad, y Canonigos acudieron al Rey Don Fernando el Catolico: para que con ſu gran poder, è interceſsion alcançaſſe de la Santidad del Papa Leon X. (ſu grande amigo) el remedio conueniente para ello. Diò gratos oidos a los ruegos de ſus vaſallos la Catolica Mageſtad, y repreſentando a ſu Sãtidad el gran deſconſuelo, y quexas, y tumultos de ſus dichos vaſallos, y juntamente la ſingular deuocion que ſu Real perſona auia tenido ſiempre a la Santa Caſa del Santo Sepulcro de Calatayud (ſegun que de todo ello conſta en la narratiua de la ſuplica, que el Rey preſentò al Papa; y lo podra ver, y leer el Lector en la dicha, y referida Bula) le expuſo, que todos los dichos tumultos no podrian eſcuſarſe, ni atajarſe con otro mejor medio, que ſi ſu Santidad motu propio, & de plenitudine poteſtatis ſe ſiruieſſe eximir, y ſeparar de la dicha

vnion

vnion vniuerſal el dicho Priorado de Calatayud, eſtatuyendo, decrerando, y declarando, que el dicho Priorado con todos ſus miembros, perſonas, bienes, y pertinencias no auia ſido comprehendido en la dicha vniuerſal vniõ hecha por el Papa Inocencio VIII.

Concediò la gracia, por el Catolico Rei ſuplicada el Papa Leon, y ordenò juntamente a peticion, è inſtancia del miſmo Rei (prout ibi videre eſt) que el dicho Priorado quedaſſe, y perſiſtieſſe in perpetuum en el miſmo eſtado, en que eſtaua antes de la dicha vnion, con la clauſula arriba referida: de que ſe puede formar eſte eficaciſsimo argumento.

Antes de la Bula de la vnion, el Prior, y Priorado de Calatayud con todos ſus miembros, perſonas, bienes, y pertinencias eſtaua ſujeto al Patriarca de Ierulem, y al Prior, y Cabildo del Santo Sepulcro de Ieruſalem. Sed ſic eſt, que el Papa Leon X. quando exime, y ſepara de la dicha vnion al dicho Prior, y Priorado, y declara que no fue comprehendido en ella, ordena, y eſtatuye juntamente, que el dicho Priorado perſiſta, y permanezca ſiempre, & imperpetum en el miſmo eſtado en que eſtaua antes de la vnion. Luego el dicho Priorado deſpues de la dicha vnion eſtà ſujeto, como antes al dicho Patriarca, y Prior, y Cabildo del Santo Sepulcro de Ieruſalem. Colmillos, y biẽ agudos tiene la dificultad; a la qual no ſe puede ſacar el cuerpo, y hazerle roſtro con mayor denuedo, y claridad.

Reſpondi a ella en mi antecedente papel en el num. 106. y 107. con las palabras, y razones que ſe ſiguen, prout ibi videre eſt. *Ordenò, y decretò el dicho Papa, que el dicho Priorado, con ſus miembros, y con todos ſus bienes, quedaſſen en el miſmo eſtado en que eſtaua antes que ſe hiziera la dicha vnion. No para que de aì pueda inferir nadie, que el dicho Priorado quedò con eſſo inmediatamente ſugeto al Patriarca, y a la Religion del Santo Sepulcro de Ieruſalem; ſino*

no para q̃ ſe entienda,que ya deſde eſſa deſmembraciõ nõ quedaua mas ſujeto el dicho Priorado a la Religiõ de S. Iuã; como lo auia eſtado por eſpacio de 24. años en virtud de la Bula de Inocẽcio VIII. y en virtud de otra Bula particular del miſmo cõcedida a ſu Grã Maeſtre D. Fray Pedro de Aubuſon, Cardenal de la Sãta Igleſia Romana. Por q̃ ſi entonces no auia Religion del Santo Sepulcro, ni aun nombre della en ninguno de ſus hijos, por auerſe dado eſſe nombre al Gran Maeſtre de S. Iuã que deſde entonces acà ſe ha intitulado, è intitula Grã Maeſtre de la Orden Militar del Santo Sepulcro de Ieruſalem: y lo dà a entender el Papa Leon X. en la Bula de la ſeparacion, quando inſertando en ella la de Inocencio VIII. dize. Et dictum Ordinem Sancti Sepulchri, & Sepulchri eiuſmodi denominationem in illis omnino ſuppreſsit. *Como ſe puede entender, que en las dichas palabras pretendieſſe el Papa Leõ dexar al Prior de Calatayud, ſujeto a la Religion del Santo Sepulcro, y mucho menos a ſu Patriarca? Particularmente conſtando, que deſde que fue hecha la dicha ſeparacion, ò deſmembracion, ſiempre el dicho Priorado ha eſtado, y eſtà ſugeto inmediatamente a la Sede Apoſtolica, que deſde entonces acà le ha proueido, y prouee: y en ninguna manera la Religion de San Iuan, ni la del Santo Sepulcro, que no la ay en el mundo. Nam non entis nulla ſunt qualitates.*

Eſto fue lo que en los dichos numeros de mi antecedente papel reſpondi. Con que a mi corto entender quedò deſnieruada, y ſin fuerça alguna la objectada dificultad. Pero quedarà mas corroborada, y fortalecida la dicha repueſta, ſin que pueda auer replica en contrario, con lo que deſpues acà he leido en la Bula del Papa Sixto IV. que pocos dias ha llegò a mis manos, in forma probanti, & authentica eſcrita en pergamino, y con ſu ſello plumbeo pendiente, y deſpachada onze años antes de la vnion; es a ſaber, el año 1478. y a peticion, è inſtan-

cia

cia juntamente del Catolico Rey Don Fernando, que tuuo particular propenſion, y deuocion a fauorecer, y honrar ſiempre al dicho Priorado del Santo Sepulcro de Calatayud. Suplicò, pues, el Catolico Rey al dicho Papa Sixto IV. ſe ſiruieſſe eximir a Gil Sebaſtian Prior del dicho Santo Sepulcro, que entonces lo era, y a ſu inmediato Succeſſor ſolamente por entonces, de la juriſdicion del Archiprior, y Maeſtre General del Santo Sepulcro de Ieruſalem, y le ſugetaſſe inmediatamente con todos ſus miembros, perſonas, drechos, y pertinencias, a la Santa Silla Apoſtolica: ſin que ni la Religion del Santo Sepulcro, ni qualquier Obiſpo, ò Arçobiſpo, ò otra alguna perſona Superior, pudieſſe exercer juriſdicion alguna en el dicho Prior, Priorado, y Canonigos del Santo Sepulcro de Calatayud, ni en ſus bienes, y pertinencias, ni en ſus miembros dependientes.

Otorgò el Papa Sixto la gracia al Catolico Rei de la ſuerte que ſe la pidiò: como expreſſa, y diſtintamente parece por la Bula de exempcion, que en razon deſto expidiò el año 1478. auiendoſe expedido onze años, deſpues; es a ſaber el año 1489. por el Papa Inocẽcio VIII. la Bula de la vnion. Para que conſte de todo eſto, ſe pone la dicha Bula del Papa Sixto, al fin deſta reſpueſta.

Lo qual ſupueſto digo: que la clauſula de la Bula de Leon X. expedida el año 1513. en que ordena, que el Priorado de Calatayud con todos ſus miẽbros, perſonas, drechos, y pertinencias perſiſta, y deua perſiſtir ſiempre, & in perpetuum en el miſmo eſtado, en q̃ antes eſtaua de la Bula de la ſeparacion, extincion, ſuppreſsiõ, y vnion alude, y haze relaciõ al eſtado en que dicho Priorado eſtaua, por Bula de Sixto IV. exempto de la juriſdiciõ de la Religion del Santo Sepulcro de Ieruſalem, y ſugeto inmediatamente a la Silla Apoſtolica: como ſe ha dicho, y parece por dicha Bula. Con que dicho Papa Leon, en virtud de la dicha clauſula, quiſo declarar, y declarò, que deſde entonces quedaua inmediatamente ſujeto dicho Priorado: no por tiempo limitado: ſino in perpe-

tuum a la Santa Silla Apoſtolica;y exempto, no ſolo de la juriſdicion de los Obiſpos, y qualeſquier otros Ordinarios: ſino tambien de la del Archiprior, y Maeſtre General de toda la Religion del Santo Sepulcro de Ieruſalem; atento que ſabia, y le conſtaua, que onze años antes de la Bula de la vnion, gozaua el Priorado de toda la dicha exempcion,en virtud de la dicha Bula de Sixto IV.deſpachada a peticion,è inſtancia del dicho Catolico Rei Don Fernando.

Diràſe,que Sixto IV.concediò la dicha exempcion a ſolo el Prior que entonces lo era del Santo Sepulcro de Calatayud,y a ſolo ſu inmediato Succeſſor; no a todos los demas Priores ſus ſucceſſores de ellos;y que por conſiguiente no ſe ha de extender la dicha exempcion à todos ellos in perpetuum,por quãto el Papa concede la dicha exempcion cõ la palabra(*dumtaxat*)que es limitatiua, y coarctatiua para ſolas las perſonas, à quienes la concede. *Prioratum ipſum, & præfatum Egidium, ac eius immediatum Succeſſorem dumtaxat, &c.*

A eſto ſe reſponde de dos maneras. Primo,que no ſe ha de atender,à que Sixto IV.huuieſſe concedido toda la dicha exempcion limitadamente para ſolo Egidio, y ſu inmediato ſuceſſor: ſino à que el eſtado del Priorato en tiempo de Egidio, y de ſu ſuceſſor, conſiſtia en eſtar ſujeto inmediantamente a la Sede Apoſtolica,y libre no ſolo de la juriſdiccion de todos, y qualeſquier Ordinarios:ſi no tambien de la del Archiprior, y Maeſtre General de la Religion del Santo Sepulcro. Al qual eſtado atẽdiẽdo el Papa Leon X.dixo,y ordenò,que en el miſmo perſiſtieſſe,y permanecieſſe dicho Priorato de Calatayud,deſpues que declarò que no ſe auia comprehendido en la Bula de la vnion. La qual inteligencia tãto mas firmemente ſe ha de abraçar: quanto al Papa Leõ le conſtaua que entonzes no auia en el mundo Religion del Santo Sepulcro de Ieruſalem,à la qual dicho Priorado huuieſſe,ò pudieſſe eſtar ſujeto por auerla extinguido de todo punto Inocencio VIII. La qual extincion con-

fir-

firmaua, y corroboraua dicho Papa Leon librando de ella à ſolo el dicho Priorado de Calatayud, y no à toda la Religion; *Nam exceptio*, como tantas vezes ſe ha dicho, *firmat regulam in contrarium*. Por donde ſe ha de ſentir, que quando Leon X. en ſu dicha clauſula ordena, y decreta, que el Prior, y Priorado de Calatayud ayan de perſiſtir en el miſmo eſtado, en que eſtaua antes de la vniõ, quiſo dezir, y decretar q̃ eſtuuieſſe libre de la juriſdiciõ de la Religion del Sãto Sepulcro, y ſujeto inmediatamente a la Silla Apoſtolica, como entonces lo eſtaua.

Segundo, reſpondiendo directamente a la objecciõ, digo: que la exempciõ que Sixto IV. concediò al Prior, y Priorado de Calatayud, fue limitada, y coartada para ſolo el Prior q̃ entonces viuia, y para ſolo ſu inmediato Suceſſor. Pero q̃ Leõ X. ampliò, y extẽdiò eſſa total exẽpcion para todos los Suceſſores dellos in perpetuũ, porq̃ vſa deſſa palabra *in perpetuum* expreſſamente, la qual no deue eſtar ocioſa; ſino que ha de obrar ſu propio efecto, *ſicq; de cætero*, dize, *manere poſſe, & debere authoritate Apoſtolica tenore præſentium in perpetuũ ſtatuimus, decernimus, & declaramus. Nõ obſtantibus, &c.*

Y para que no quede raſtro de duda, ò de eſcrupulo en razon dello. Conſidereſe, que el miſmo Rei D. Fernando, q̃ alcançò del Papa Sixro IV. la dicha exempciõ para ſolos los dos dichos Priores, fue el q̃ deſpues preſẽtò ſuplica al Papa Leon X. para que declaraſſe no auer ſido cõprehendido dicho Priorado en la Bula de la vniõ.

Y no ſe haze veroſimil en manera alguna; que auiendo alcançado el Rey la dicha exempcion, para ſolos los dos dichos Priores, quando eſtaua en pie toda la Religion del Santo Sepulcro: no la huuieſſe de pedir, y alcançar in perpetnum para todos los demas ſus ſucceſſores, quando ſabia que no auia Religion del Santo Sepulcro en el mundo: por eſtar toda ella extincta, y vnida a la de San Iuan; y por ſaberlo librò con ſu interceſsion del vniuerſal naufragio de eſſa extincion a ſolo el dicho Priorado. Antes por eſſo el Papa Leon declarò, que el dicho

Prio-

Digitized by Google

Priorato,perſiſtiò,y auia de perſiſtir en el miſmo eſtado en que eſtaua antes de la vnion; porque aſsi ſe lo ſuplicò el Rei a ſu Santidad;como parece por las palabras de que vsò en la ſuplica,que ſon las ſiguientes. *Si non ſtatueretur decerneretur , & declararetur, Prioratũ oppidi eiuſmodi , illiuſque Canonicos , & perſonas, ac ab eo dependentia membra ſub dictis litteris ſeparationis, ſuppreſsionis,extinctionis , & vnionis minime fuiſſe comprehenſa,ſeu ab illis prorſus excepta fuiſſe , & eſſe, ſicque in ſuo ſtatu perſtitiſſe ſemper,& perſiſtere,in quo erat antequam ſeparatio,extinctio,& vnio,& alia præmiſſa per dictum Innocentium facta fuiſſent : atque de cætero manere poſſe,& debere.* Con que ſin duda el Rei tuuo atencion a que el dicho Priorato , que antes de la vnion auia ſido pueſto por ſu intercesſion debaxo de la inmediata juriſdicion,y proteccion de la Silla Apoſtolica por tiempo limitado de las vidas de los dichos Priores;deſpues della quedaſſe in perpetuum , debaxo de la miſma inmediata juriſdiccion de la Silla Apoſtolica,y libre,y exempta de toda y qualquier otra juriſdiccion de la manera que ſe ha dicho,lo qual todo lo concediò el Papa. Y los efectos que deſde entonces ſe han ſeguido,lo han moſtrado , y mueſtran ; pues ſiempre deſde entonces ſe ha proueido el dicho Priorado por los Sumos Pontifices. Y deſde entonces jamas la Religion del Santo Sepulcro de Ieruſalem , ha exercido juriſdicion ſobre dicho Priorado , como abunde ſe ha probado,ſin que aya necesſidad de añadir coſa.

☞ Aunq̃ puedo añadir,q̃ de lo dicho (en virtud de lo decretado por la dicha Bula de Sixto IV. y de la de Leon X.)ſe infiere,que aũq̃ oy dia eſtuuieſſe en pie toda la Religiõ del Santo Sepulcro de Ieruſalẽ(lo qual ſe niega) y aunq̃ toda la dicha Religiõ de plenitudine poteſtatis Põtificiæ,reſucitaſſe,los Priores del Sãto Sepulcro de Calatayud,eſtariã libres,y exẽptos de la total juriſdiciõ de la dicha Religiõ.La qual me parece conſequencia neceſſaria,y forçoſa:cuya inteligencia,remito al docto, y ſabio entender del Lector.

BVLA

BULA DEL PAPA SITXO IV. EXPEDIda el año 1478. es à ſaber onze años antes de la Bula de la vnion, expedida por Inocencio VIII. el año 1489. en que el dicho Papa Sixto, eſtando en pie toda la Religion del Santo Sepulcro de Ieruſalem, eximiò de ſu juriſdiccion al Doctor Gil Sebaſtian, Prior entonces del Santo Sepulcro de Calatayud, y à ſu inmediato Succeſſor, y los ſujetò à entrambos inmediatamente à la juriſdiccion de la Santa ſilla Apoſtolica, à peticion, è inſtancia del Catolico Rey D. Fernãdo. En cuyo eſtado quiſo deſpues el Papa Leon X. el año 1513. y à peticiõ, è inſtancia aſsi miſmo del dicho Catolico Rey D. Fernando, que in perpetuum eſtuvieſſe el dicho Priorato de Calatayud.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam. Et ſi vniverſæ Orbis Eccleſiæ, ac loca Eccleſiaſtica Apoſtolicæ Sedi (diſponente Domino ſuper ipſa, Ordine poteſtatis principatũ obtinenti) ſubeſſe dignoſcantur: aliqua tamen interdum de ſuę auctoritatis plenitudine, Sedes ipſa ſpecialius ſibi ſubdit: ſic ea à cuiuſlibet alterius iuriſdictione eripiens, vt nullum, niſi Romanum Pontificem Superiorem, & Dominum recognoſcant, conſtituendo ipſa quodam ſingulari Privilegio penitus libera, & exempta. Hinc eſt, quod Nos Prioratum Domus Sepulchri Dominici Hieroſolymitani Oppidi de Calatayubio Ordinis Sancti Auguſtini, Tiraſonenſ. Diœceſis, quem dilectus filius Ægidius Sebaſtiani Clericus Cæſarauguſt. Diœceſis ex conceſsione, & diſpenſatione prædictæ Sedis in commendam (vt accepimus) obtinet, ſingulari exceptionis Privilegio cõmunire. Chariſsimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Siciliæ Regis Illuſtris ſupplicationibus inclinati. Prioratum ipſum, & præfatum Ægidium, ac eius immediatum Succeſſorem, dumtaxat illius Commendatarium, ſeu Priorem, ac omnia, & ſingula loca, ſiue Membra ab eodem Prioratu dependentia cum omnibus, & ſingulis ipſorum perſonis, & perſonarum earumdem familiaribus, bonis, rebus, iuribus, & pertinentijs vniverſis, tam mobilibus, quã immobilibus quibuſcumque præſentibus, & futuris ad Prioratum, & Membra ſiue loca, ac perſonas huiuſmodi quomodolibet, nunc, & in futurum expectantibus, ab omni dominio, iuriſdictione, poteſtate, correctione, viſitatione, & ſuperioritate, tam Epiſcopi Tiraſonenſ. quam Archiprioris, & Generalis dicti Ordinis, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt, ac quorumuis aliorum Iudicum, & Superiorum Ordinariorum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ad ipſius Ægidij, & vnius immediati Succeſſoris ſui vitã dumtaxat, eximimus, ac ſub Beati Petri, & Sedis prædictæ atq; noſtræ protectione ſuſcipimus, illoſque, illas, & illa nobis, & Succeſſoribus noſtris Canonice intrantibus, & dictæ Sedi dumtaxat inmediate volumus ſubiacere; Ita, quod Epiſcopus, Archiprior Generalis, Iudi-

No puede la Bula conceder la contenida exempcion con mayor claridad, y diſtincion,

ces,

ces, & Superiores præfati, aut alia quæuis perſona Sęcularis, vel Regularis Eccleſiaſtica, vel műdana, quacumq; præfulgeat Dignitate: etiã ratione delicti, vel contractus, aut rei de qua agetur, vbicumq; committatur delictũ, iniatur cõtractus, aut res ipſa conſiſtat, nullas in Prioratum, Ægidium, ac Succeſſorem, necnon perſonas, & Familiares, etiam Membrorum, ſiue locorum prædictorum, excõmunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias promulgare, aut in eos, vel eorum aliquem: necnon Membra, ſiue loca, ac ipſorum perſonas, & earumdem perſonarum Familiares, necnon res, bona, iura, & pertinentias earumdem, vt pote prorſus exempta, iuriſdictionem, ſeu dominium, aut poteſtatem aliquam exercere; ſed dumtaxat Ægidius, ac Succeſſor, necnon perſonæ, & Familiares Prioratus, & locorum, ſiue Membrorum huiuſmodi ſuper præmiſsis, & alijs quibuſcumque coram nobis, aut dicta Sede, vel eius legatis teneantur de iuſtitia reſpondere. Decernentes ex nunc omnes, & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ac quoſcumque proceſſus, etiam quaſuis pœnas in ſe continentes, quas, vel quos per Epiſcopum, Archipriorem, Generalem, & Iudices prædictos, aut quoſuis alios aduerſus Prioratum, Ægidium, ac Succeſſorem, necnon perſonas, & Familiares communiter, vel diviſim: necnon Membra, ſiue loca, ac illorum perſonas, & Familiares, bona, res, iura, & pertinentias huiuſmodi contra tenorem, & formam exemptionis noſtræ huinſmodi haberi, quomodolibet contigerit, ſeu etiam promulgari, irritas, & inanes, nulliuſque roboris, vel momenti. Et nihilominus venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, & Epiſcopo Segobricenſ. ac dilecto filio Decano Eccleſiæ Loci de Turolio dictæ Cæſarauguſtan. Diœceſis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios eiſdem Ægidio, & Succeſſori, ac perſonis, & Familiaribus Prioratus, ac locorum, ſiue Membrorum huiuſmodi in præmiſsis, efficacis defenſionis præſidio aſsiſtẽtes, non permittant eos, vel eorum aliquem per dictos, Epiſcopum, Archipriorem, Generalem, aut quoſuis alios ſuper Prioratu, Membris, ſiue locis, bonis, rebus, & pertinentijs prædictis, aut alijs quibuſcumque ipſorum, aut alicuius eorum perſonam, res, aut bona communiter, vel diviſim concernentibus contra tenorem exemptionis huiuſmodi quomodolibet moleſtari. Contradictores, & Rebelles quoſcumque quotiens opus fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo; inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachij Sęcularis. Non obſtantibus fęlicis recordationis INNOCENTII IV. ET BONIFATII VIII. ROMAN. PONTIFICVM Prædeceſſorum noſtrorum: illa præſertim, qua cavetur expreſſe, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam diœctam, ac fines ſuæ Diœceſis ad iuditium evocetur. Seu ne Iudices, & Conſeruatores à Sede prædicta deputati extra Civitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere præſummant, ac de duabus diœctis in generali, & alijs, etiam Apoſtolicis Provincialibus, ſeu Synodalibus Concilijs editis Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Prioratus, & Membrorum, ſiue locorum, & Ordinis prædictorum Statutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & illis præſertim, quę, vt accepimus in Capitulo Generali dicti Ordinis in Vrbe celebrato, & in

quo

Digitized by Google

quo dilectus filius noſter Ioannes Baptiſta, tunc tituli Sanctæ Balbinæ, nunc vero Sanctæ Cecilia Presbyter Cardinalis, & Venerabilis frater noſter Baptiſta Epiſcopus Vigintimilien. de mandato noſtro præſidebāt ordinata, & ſtatuta fuerūt, quę nos poſt modum per quaſdam noſtras litteras motu proprio approbauimus, & confirmauimus, & quibus caueri dicitur, quod ſingula loca, & Membra ipſius Ordinis teneantur, & debeant annuatim pro canonica, & annuo cenſu reſpondere; & ſoluere Archipriori, & Generali dicti Ordinis pro tempore exiſtenti veram, decimam omnium fructuum, redituum, ac proventuum, quos perceperint; nec idem Archiprior, & Generalis valeat huiuſmodi taxam ratione cenſuum vllo pacto augere, vel minuere reſeruata. Quod ſi contingeret antiqua Regiſtra autentica, & deperdita reperiri, quod eo caſu ad ea recurſus habeatur, ſecundumque reſponſiones huiuſmodi fieri debeant, etiam taxam prędictam ad cenſus non ſolutos extendentes, ac ſub privationis pœna, & virtute Sanctæ obedientiæ obſeruari mandantes: quibus etiam, quo ad dictam decimam hactenus debitam & non ſolutam, ac omnibus alijs Privilegijs, & indultis dicto Ordini conceſsis, & in poſterum concedendis, quę huic noſtrę exemptioni quomodolibet obviare poſſent: etiā ſi talia eſſent, quod de eis eorumque totis tenoribus, ac deſuper confectis litteris ſpecialis ſpęcifica, & expreſſa, ac de verbo, ad verbum: non autem per clauſulas, etiam ſpecialem mentionem, & derogatariarum clauſularum derogationem importantes præſentibus mentio habenda foret: ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrarijs quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excomunicari non poſsint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod per hoc nullum Ægidio, ac eius immediato Succeſſori prędicto, ocaſione Prioratus, & illius Membrorum, ſiue locorum dependentium, ac ipſorum perſonarum, & Familiarium ratione illorum ſibi ſubiectarum huiuſmodi pręiuditium generetur. Quin idem Ægidius, ac eius Succeſſor immediatus Prioratum, & illius Membra, ſiue loca, ac illorum perſonas, & earumdem perſonarum Familiares cum ipſorum, bonis, rebus, iuribus, & pertinentijs prędictis, corrigere, & viſitare, ac ab illis, cenſus, iura, & ſeruitia ſibi debita, & conſueta petere, & exigere, & in illis iuriſdictionem, & ſuperioritatem ſolitam exercere, ac ſingula alia, ſicut antea poterat facere, & exequi poſsit, ac ſi exemptio huiuſmodi à nobis nullatenus emanaſſet. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, Conſtitutionis, mandati, extenſionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datt. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo: Nono Kalend. Aprilis: Pontificatus noſtri anno octauo. *Locus † Plumbi.*

Ampliaſe por el Papa la exempciō eximiendo a los dichos 2. Priores de pagar dezimas de ſus frutos al Archiprior y Maeſtre General de la Religion del Sāto Sepulcro de Ieruſalē.

P. de Spinoſis. *L. Griſus.*

CO-

COPIA DE LA ESCRITVRA AVTENTICA de reſtitucion, que el Sereniſsimo Rey D. Pedro el Quarto de Aragon hizo al Prior, Comendador, y Caſa del Santo Sepulcro de Calatayud de la juriſdiccion ciuil, y criminal, alta, y baxa, &c. Que tenian ſobre la Villa de Nuevalos.

IN CHRISTI NOMINE Pateat vniuerſis. Quod coram nobis Petro Dei gratia, Rege Aragonum, Valentiæ, Maioricæ, Sardiniæ, & Corſicæ: Comiteque Barchinonis, Roſilionis, & Ciritaniæ, comparuit Religioſus, & dilectus noſter Frater Martinus Dalpartil, Canonicus Hieroſolymitanus Comendator Loci de Nuevalos Ordinis Sancti Sepulchri, ſupplicans humiliter, & inſtanter, tam pro ſe, & nomine ſuo proprio; quam nomine Prioris, & Conuentus, Domus Ciuitatis Calataiubij, Ordinis ante dicti: vt cum eis pertineant omnimoda iuriſdictio ciuilis, & criminalis, alta, & baxa, & alia iura ad dominium pertinentia in dicto Loco de Nuevalos, & eius terminis, ex ſententijs, & declarationibus factis, tàm per nos, quàm Iuſtitias Aragonũ, & alios Officiales noſtros. Ac aliàs Iuſtitiæ Ciuitatis Calataiubij; & alij Officiales Regij, aliçque perſonæ, quandoque inquietent, ac moleſtent dictos, Ordinem, Priorem, & Comendatorem in ipſa iuriſdictione, & poſſeſsione, ac exercicio ipſius, & in alijs ſupradictis: dignaremur ex benignitate Regia prædicta iura omnia, & ſingula decernere, & declarare, & tollere omne impedimentum, & inquietationem quæ ipſis, & dicto Ordini inferuntur, & quæ inferri poſſent in futurum per Nos, ſeu Officiales noſtros, & alias quaſcumque perſonas ſuper iuriſdictione prædicta, & alijs iuribus dicto Ordini pertinentibus quoquo modo. Qui ſiquidem Frater Martinus Commendator, nomine dicti Ordinis, exhibuit coram nobis diuerſa legitima documenta, ac fidem fecit de dictis ſententijs, declarationibus, & alijs iuribus pro dicto Ordine ſuper præmiſsis facientibus. Quibus viſis, & recognitis, & (vt decet) plenarie recenſitis. Quia conſtat nobis ſerie, ac tenore dictarum, ſententiarum, & declarationum, & aliàs omnimodam iuriſdictionẽ ciuilem, & criminalẽ, altam, & baxam in dicto Loco de Nuevalos, & eius terminis, tàm quo ad proprietatem, quàm poſſeſsionem; & exercicium eiuſdem pertinuiſſe, & pertinere ad dictos Ordinem, Priorem, & Commendatorem, & Officiales ipſorum pro dicto Ordine poſitos, ipſamque habuiſſe, & exercuiſſe à tanto tempore citra, quod hominum memoria in contrarium non exiſtit, Proſpicientes, etiam, quod prædictis non conſideratis, dictum Locum, iura, & redditus ipſius ad importunitatem, & ſuggeſtionem aliquorum fecimus, tàm per Nos, quàm per quoſdam Officiales noſtros diuerſis vicibus indebite occupari; quarum occupationum occaſione dictus ordo fecit, & ſuſtinuit plures expenſas, & damna; de quibus per Nos nulla ſibi fuit facta ſatisfactio, ſeu emenda; ad quam fiendam ex debito iuſtitiæ tenebamur, & habemus inde conſcientiam oneratam. Volentes itaque Nos ſub iuſtitiæ libramine regere, & noſtram inde ſerenare conſcientiam, & cuique ſuum ius tribuere, & noſtro iure, Nos, & Officiales, ac Succeſſores noſtros eſſe contentos, dictumque Ordinem in ſuis iure

iure,ac Iuſtitia confouere,& ab eis per Nos,& Officiales noſtros omnes inquietationes & moleſtationes auferre,tam ex Iuſtitiæ debito, quã ob honorem,& reuerentiam Sepulchri Dominici,quod mentaliter in humilitatis & reuerentiæ ſpiritu viſitamus; ſicut libenter viſitaremus corporaliter,ſi commodè oportunitas ſe offerret. Prævia ac matura ſuper hoc, deliberatione habita,ac de certa ſcientia,& conſulte; Tenore præſentis cartæ noſtræ perpetuo valituræ decernimus,atque declaramus, omnimodam iuriſdictionem,ciuilem,& criminalem,altam,& baxam,ac vſum, & exercitium ipſius,ac vniuerſa alia,& ſingula iura,dominium dicti Loci concernentia quo ad poſſeſsionem,& proprietatem in dicto Loco, & eius terminis ad dictos ordinem,Priorem, & Commendatorem, & ipſorum Officiales poſitos pro dicto Ordine,& eorum ſucceſſores, & non ad Nos,& Officiales noſtros,aut aliquos alios pertinuiſſe,& pertinere nunc, & perpetuo pleno iure. Et etiam decernimus, & declaramus quod dicti Ordo,Prior,& Commendator,qui nunc ſunt & ſucceſſores ipſorum nomine,& vice dicti Ordinis poſsint,atq; poſſunt ponere,& erigere,ſeu poni,& erigi facere & erectas tenere furcas,cortellũ, ſeu Pellerich, & alia ſigna denotantia publicã,ac totalẽ,& omnimodã iuriſdictionem, tàm ciuilem quam criminalem,altam,& baxam, & quamcumq; aliam in dicto Loco de Nuevalos,& eius terminis in ea,ſeu eis partibus dictorum Loci, & terminorum ſuorum, in quibus eis videbitur expedire, ac totiens, quotiens eis placuerit, & in eis, & aliàs malefactores punire, ſeu puniri facere, & omnes alios, & ſingulos actus iuriſdictionales perſe,ſeu Officiales ſuos facere expedire, & exercere, ac eis vti plenarie,& potenter qui pertinent ad expeditionem, & executionem omnium,& ſingulorum præmiſſorum iurium, & totalis iuriſdictionis quacumque contrarietate ceſſante. Et ad tollendam omnem ambiguitatem, & quamcumque materiam, cuiuſcumque quæſtionis, ſeu controverſiæ,quæ ſuper prædictis poſſent quomodolibet exoriri; habentes reſpectum ad eaquæ diximus ſi quod ius nobis competit, & competere poteſt in dicto Loco,& eius terminis, & in dicta iuriſdictione civili, & criminali, ac vſu, & exercicio ipſius,& alijs omnibus ſupradictis totum id dictis Ordini Priori, & Comendatori, & Succeſſoribus ſuis in perpetuum, tenore præſentis cartæ noſtræ ex certa ſcientia damus, concedimus,remittimus,& omnimodè relaxamus. Non obſtante quadam carta, ſeu conceſsione, quæ per Nos data,ſeu conceſſa fuit Barchinone vigeſima tertia die Septembris, Anno à Nativitate Domini milleſimo treceenteſimo ſeptuageſimo: Ad ſupplicationem hominum dicti Loci de Nuevalos, quæ non valet,nec tenet, nec habet aliquam efficatiam, ſeu valorem,cum fuerit data,& conceſſa extra Regnum Aragonum Nobis ignaris, & inſcijs de prædictis iuribus dicti Ordinis, & credentibus, ſeu oppinantibus iura ipſa Nobis pertinere, & competere, & tacito de quæſtione, quæ tunc, de,ac ſuper prædictis & alijs pendebat,coram dilecto Conſiliario noſtro Dominico Cerdani Iuſtitia Aragonum inter dictos Ordinem, Priorem, & Comendatorem ex vna parte, & homines dicti Loci de Nuevalos, & quoſdam alios ex altera: quam ſiquidẽ conceſsionem,quã in prçiuditium iurium prædictorum dicti Ordinis facere non volumus, huius ſerie revocamus, & declaramus eam non valere, nec tenere, nec habere aliquam roboris firmitatem. Et præmiſſas declarationes, & alia ſupradicta, ſic per Nos factas, & facta, dictis Ordini, Priori,& Comendatori promittimus bona fide per Nos, & noſtros, etiam hæredes, & Succeſſores ſeruare, & tene-

Digitized by Google

re perpetuo, ac teneri, & ſeruari facere, & contra ea, vel aliquod ipſorum in toto, , vel in parte, nullo tempore contravenire. Saluo tamen, & declarato; quod retinemus Nobis, & Succeſſoribus noſtris in dicto Loco, & hominibus ipſius cenam, quam habemus, ibi: Simul cum alijs Locis dicti Ordinis, necnon Morabatinos, appellationes, hoſtem, exercitum, & cabalcatam, ac demandam: provt ea habemus in alijs Locis aliorum Ordinum dicti Regni. Mandantes per hanc eandem inclito, ac Magnifico Infanti IOANNI primogenito noſtro chariſsimo Duci Gerundiæ, & Comiti Ceruariæ, ac in Regnis, & Terris noſtris Generali Gubernatori, eiuſque vices gerenti, ac Iuſtitiæ Aragonum, & Iuſtitiæ, ac Iudici Calataiubij, alijſque Officialibus, & ſubditis noſtris præſentibus, & futuris; quatenus præſentem declarationem, & Ordinationem, & alia ſupradicta firmas, & firma habeant, teneant, & obſeruent; & contra eas, & ea non veniant, aut venire faciant, ſeu permittant aliqua ratione, ſeu cauſa. Datt. & actum Cæſarauguſtæ in Hoſpitio Archiepiſcopi Cæſarauguſtan. Octava die Madij, Anno à Nativitate Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Regnique ipſius Domini Regis triceſimo ſeptimo. B. de Val.

Signum † Petri Dei gratia Regis Aragonum, Valentiæ, Maioricæ, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitiſque Barchinonis, Roſilionis, & Cirtaniæ, qui dictam declarationem tullimus, & alia ſupradicta diſpoſuimus, & conceſsimus, ac præſentem fieri iuſsimus, & Bulla noſtra Plumbea communiri.

Teſtes huius rei ſunt. Reverendus Pater in Domino Lupus Divina providentia Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus, Nobilis Raymundus Alamanij de Ceruilione gerens vices Gubernatoris Generalis in Regno Valentiæ, Raimundus de Villanova Camerlengus Domini Regis, ac Lupus de Gurrea Camerlengus Domini Ducis Primogeniti ipſius Domini Regis Milites.

Sig † num mei Iacobi Coneſa Protonotarij dicti Domini Regis, eiuſque auctoritate Notarij publici per totam terram, & Dominationem eiuſdem, qui præmiſsis interfui, eaque ſcribi feci, & clauſi. Et corrigitur in XXIV. linea, ac demandam provt ea.

ESCRITVRA PVBLICA DE CONCORDIA, hecha entre D. Bernardo de Ager Prior del Santo Sepulcro de Calatayud, y ſus vaſallos de la Villa de Nuevalos, à cerca de algunos derechos, en q̃ eſtàn firmadas tres generos de perſonas, de q̃ ſe componia la Religiõ del Sepulcro. A ſaber es Religioſos Presbyteros, ò Canonigos: Cavalleros: y Laicos, que ſon los q̃ llaman las Religiones Militares Fraiſiruientes, que concurrian todos en la Caſa de Calatayud.

IN DEI NOMINE, ET EIVS GRATIA. Notum ſit cunctis, quod Don Bernardus de Ager Prior Sancti Sepulchri de Calataiub. & cæteri Fratres eiuſdem domus fecerunt hanc conuenientiam cum vaſallis de Novalos, Iſti itaque vaſalli dederunt ſuum furnum de Novalos ad domum Sepulchri, & conuenerunt cum Priore, & ſuis Fratribus,

quod

quod in ipſo furno coquant ſuum panem donando podiam, & nõ in alio, neque vnquam magis habeant furnum proprium, & etiam ſi aliquis eorũ fecerit furnum, ſiue patella in ſua Caſa; quod pectet LX. ſolidos ad Priorem, & ſuos Fratres, & furnus ille ſit deſtructus. Prior igitur prædictus ſimul, & ſui Fratres propter hoc dimiſerunt illas tres faneças de civera, quas illi vaſalli de Novalos, dabant de vnaquaque domo vnoquoque anno per offerendam ad domum Sepulchri. Cætera autem iura ſint ſalva, decima, & primitia de pane, & vino, corderos, & de cæteris rebus quarum Chriſtiani habent licitum dare decimam. Et etiam donent decimã pro filio de æqua medium melel, pro filio Aſinæ, aut vaccæ quar. de oro. Fratres in domo Sepulchri de Calataiub. Eximinus Presbyter, Fortanarius Presbyter, Petrus Garcia, P. Presbyter in Novalos. Petrus Baſcanſa miles, Frater Auriol de Duron Laicus, Frater Don Sancius de Corna miles, Domino Elia exiſtente Priore Sãcti Sepulchri in Hiſpania maiore.

Notandum quoque quod Prior, & ſui Fratres habeant calonias de vaſallis de Novalos, & in omnibus cauſis quemadmodum ſolitum per Forũ Aragoniæ fuerit. Iudex in Novalos, Sanz Lopez, & Ferrando Merino, Petro Dominico Iuſtitia, Petrus de Alcazar vicinus, & Dominico Micel, & Eſteban, & Ioan Ponz, & Romeus, & Lop de Alfarua. Illi, & cæteri vaſalli de Novalos fecerunt iſtam convenientiam cum prædicto Priore, & ſuis Fratribus, vt ſit ſalua, & firma vtrique parti, & eorum poſteritati per ſæcula cuncta. Amen.

Aqui vã expreſſados los nombres de los que firmaron, aſsi de los Presbiteros, como de los Cavalleros, y Fray ſiruientes.

Teſtes de collatione Sancti Sepulchri, R. de Auſſ. Per. de Fontſorvas, Ioan Çapatero. Per. Rub. R. de Montañana. Per. Borno, Elias de Sancta Maria.

Era M.CC.XIIII. Menſe Ianuario. Ego Laurentius Concilij Calataiubienſis ſcriptor hanc cartham ſcripſi.

POR LO SIGUIENTE CONSTA, QUE LOS Priores del Santo Sepulcro de Calatayud, de tiempo inmemorial a eſta parte, han nombrado, y nombran los Oficios del Conuento del Santo Sepulcro de Zaragoça.

Clauſula del nombramiento que hizo el ſeñor Don Iorge de Bardaxi Prior del Santo Sepulcro de Calatayud, y Obiſpo de Tarazona, de los Oficios de Antiguas, y Vicaria del Conuento del Sepulcro de Zaragoça en el año de 1459. como parece en la primera de ſus Conſtituciones, teſtificadas dicho año por Mateo Ximenez Notario Apoſtolico, y Imperial, que ſiruiò de Secretario en la viſita al dicho Señor Prior, y Obiſpo.

Et la Religioſa Cleriga, ò Novicia, que ſe entiende de las Iobenes, que no levaràn ſemana en el Coro, ò Lega que no vendrà al Coro, durant el Felix valde Reſponſo à las Maitinas de Santa Maria, el qual ſe diga, ſegunt ſes acoſtumbrado en el dicho nueſtro Monaſterio. Et quando no yavrà horas de Santa Maria, & no vendrà al Coro durant el primer Pſalmo Noturnal de las Maitinas; ſi ſerà Clériga, & de las Antigas. Lia aquel dia la Calenda, & la Regla à Prima, & diga la Epiſtola à Miſſa, & lia la Regla en meſa, & ſi ſeràn dos de las Antigas, ò mas en abſencia

cia de las delinquientes, ſian punidas ad arbitrio de la Priora con el reſtant de las Antigas. ET POR LA PRESENT CONSTITVCION DECLARAMOS, ET QVEREMOS AVER POR ANTIGAS A BEATRIZ NAVARRO, A OLALIA SANSERNI, A ANTONA VIOTA, A CLARA DE OBLITAS, ET A BEATRIZ DE ALBERVELA, &c.

Y mas abaxo en la miſma Conſtitucion, en donde ſe vè, que nombrò el miſmo ſeñor Prior el Oficio de Vicaria, dize. Et las que por las ſobredichas penas, no querràn, ò recuſaràn facer lo devido; en tal caſo manda mos à la Priora q̃ es, ò por tiempo ſerà, en virtut de ſanta obediencia, ò à ANTONA VIOTA VICARIA SVYA, POR NOS NVEVAMENT CREADA en abſencia de la Priora con las otras antigas, &c.

Y mas adelante en la Conſtitucion octava, que trata de la caſtidad, dize. Et por quanto de la mental ſolo Dios es Iutge, en lo actual provedimos en aqueſta manera, que por la preſente nueſtra Conſtitucion, mandamos à la Priora que agora es, & à ſus Succeſſoras, ſi quiere à la VICARIA QVE NVEVAMENT CREAMOS, pora en abſencia ſuya, à & las que apres dellas ſucceiràn en los miſmos Oficios, & à todas nueſtras Religioſas preſentes, abſentes, & aduenideras, en virtut de ſanta obediencia, & ius ſentencia de excomunicacion, de la qual la Priora, ſi en ella incidirà, no pueda ſeyer abſuelta, ſinſe nueſtra ſpecial licencia, &c.

REPARO QVE SE HA HECHO DESpues que ſe ha impreſſo todo eſte papel.

DIrà alguno. Si el Rey Don Fernando ſabia que toda la Religion del Santo Sepulcro eſtava extinta por Inocencio VIII. porque ſuplicò al Papa Leon q̃ eximieſſe al Priorato de Calatayud de la total juriſdiccion de la dicha Religion, q̃ yà ſuponia eſtar extinta? La reſpueſta ſe colige de lo que el miſmo Rey en el principio de ſu ſuplica, y de ſu narrativa en ella expreſſa, quando dize, que la Bula del Papa ~~Leon X.~~ Innocencio VIII en muchas Provincias, y Señorios, como en eſte Reyno de Aragon, avia tenido impedimento, para no ſer acceptada, ni pueſta en execucion. *Cum autem, ſicut Chariſsimi in Chriſto Filij noſtri Ferdinandi, Illuſtris petitio continebat: ſeparatio, ſuppreſsio, extinctio, vnio, & litteræ prædictæ in Regno Aragonum: prout in pluribus alijs Regnis, & Dominijs, vſu receptæ, & effectum ſortitæ hactenus non fuerint, &c.* De donde naciò, que por ſi à caſo dicha Bula no ſurtiera el efecto pretendido; por todo lo que pudiera suceder, quiſo el Sabio, y prudente Rey, tener al Priorato de Calatayud libre, y exempto de la total juriſdiccion de la Religion del Santo Sepulcro in perpetuum; ſegun que aſsi lo ſuplicò al Papa Leon, pidiendole que al dicho Priorato dexaſſe para ſiempre en el miſmo eſtado, en que eſtava antes de la vnion; lo qual ſu Santidad le otorgò de la manera que ſe ha dicho, y explicado.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google